syringam nympham sed ipsa propter sui turpitudinem noluit ipsum dilige  
re et fugiens a facie eius imploravit terre auxilium et mutata est in cala  
mum quam pan perforavit et fecit phystulam ad suum solacium et inde  
dicit quod pan fuit primus phystulatoz et ab illo phystula habet dignitatem ideo  
coridon inuitat alexim ad cantandum carmina diuina Iste pan habuit  
luctam contra amorem sed amor obtinuit quia omnia vincit amor ut dicit in  
enide Iste coniunxit multas phystulas cum cera insimul et inde canta  
ta est optima melodia Per calamum intelligitur armonia spherarum septem  
planetarum vel septem artes liberales quas deus instituit ut dicitur  
est Antiqui depingebant eum habere pedes caprinos ventrem pilosum in  
durum pectus pelle caprina varia vulcum rubicundum habentem duo  
cornua scilicet solem et lunam tenentem in vna manu phystulam et in alia ba  
culum pastoralem reflexum que reflexio denotabat annum et fuit filius  
proxi vlixis Plutarchus hystoriographus grecus qui fuit post cristum  
narrat quod audiuit ab auo suo quod dum veniebant ad italiam nauigando ve  
nerunt iuxta epyrum insulam de directo respicientem italiam et anchora  
uerunt nauem et nauta principalis non noiebat se suo noie et audierunt  
vnam vocem proprio noie se ipsum vocantem et dixit quod pan erat mortuus et  
quod nunciaret illis quos videret in portu maris italie et itali fecerunt mag  
num planctum Hec eadem ut sciret i amyntas fecisset omnia que vo  
luissem pro sciendo ista carmina que te volo gratis docere vna amyntas intel  
ligitur cornificius qui fuit inuidus contra pygillum et scripsit contra eum sed  
auctoritate romanoz fuit expulsus Est mihi disparibus Hic coridon dicit  
se habere vnam phystulam de septem calamis i septem artibus libera  
libus que dedit sibi dametas i rheocritus magister suus ex quo cornifici  
us fuit inuidus Preterea duo Hic inuitat eum pro donum duorum capri  
olorum siluestrium hincium adhuc pelles dispersas varijs coloribus que iuue  
nes sunt et isti caprioli lactent matres talia autem animalia multum placet pu  
eris que natura gaudet diuersis et pro illos capriolos intelligit eglogas in quibus  
sunt varie sententie velate sub verbis obscuris Jampridem a me  
Hic accelerat illum iuuenem quia testilis iam petiuit illos et habebit il  
los nisi ipse festinet et veniat statim

Huc ades o formose puer tibi lilia plenis  
Ecce ferunt nymphae calatis tibi candida nais  
Pallentes violas et summa papauera carpens  
Hircissum et florem iungit bene olentis anethi

Si

Tum castia atq; alijs interens suauibus herbis  
 Dollea luteola pingit vaccinia caltha  
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala  
 Castaneasq; nuces. mea quas amaryllis amabat  
 Addam cerea pruna: z honos erit huic quoq; pomo  
 Et vos o lauri carpam. z te proxima myrte  
 Sic posite quoniam suaues miscetis odores

O puer formose huc ades. id est mecum maneat ecce nymphę. id est deę. fe-  
 runt colligunt portant lilia. id est illos flores plenis calatis. z nais. illa  
 nymphea candida. id est pulchra carpens summa papauera. id est illos fruc-  
 tus fert inq; violas illos flores pallentes. id est albos tibi alexi. ipsa nais  
 iungit. id est componit. tibi narcissum. id est illum florem. z fert inq; florem  
 anethi. id est illius herbe. bene olentis. id est bonum odorem dantis. tamen e-  
 tiam nais interens. id est commiscens cum castia. id est herba suauissimi odo-  
 ris. atq; interens alijs herbis. id est floribus suauibus. id est delectabili-  
 bus. pingit. id est componit. vaccinia mollia caltha. id est cum illa herba  
 luteola. id est talis coloris qualis est color auri. z ego legam. id est colli-  
 gam mala. id est poma. cana. id est alba tenera lanugine z legam castane-  
 as molles quas scilicet castaneas mea amaryllis. id est amica amabat et  
 addam pruna cerea. id est illos fructus cerei coloris z honos. id est laus erit  
 huic pomo o lauri. id est o vos arbores carpam vos z o myrte proxima sub  
 audi lauro vel ad odorem proxima carpam te. id est accipiam vel colligam  
 quoniam vos arbores sic posite. id est ordinate miscetis. id est datis odores.  
 suaues. id est delectabiles. Huc ades Hic adularur ei laudando suā  
 pulchritudinem dicens q; in campis sunt fontes z nymphę que colligunt  
 sibi violas z alias herbas odoríferas Ipse ego. Inuitat eum per. do-  
 num pomorum z castanearum quia pueri diligunt talia. z vocat poma  
 cana coctana que ante maturitatem habent canicem vel intelligit poma  
 persica. id est perscas que sunt pilose z est lanugo prima barba tenuis si-  
 cut lana Et vos o lauri carpam. Adiungit ad precedentia lauros et  
 myrthos z est myrthus foeminini generis quia os grecuz sepe mutamus  
 in vs muliebze vel computatur sub noie arboris.

Rusticus es cor ydon nec munera curat alexis  
 Nec si muneribus certes concedit volas  
 E heu quid volui misero mihi. floribus austrum  
 Perditus z liquidis immisi fontibus apros  
 Quem fugis ah demens. habitauerunt dij quoq; siluas.  
 Dardaniusq; paris. pallas quas condidit arces  
 Ipsa colat. nobis placeant ante omnia silue  
 Loru legna lupum sequitur. lupus ipse capellam  
 Florentem cythisum sequitur lasciuia capella  
 Te cor ydon o alexi. trahit sua quemq; voluptas

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuueni  
 Et sol crescentes decedens duplicat umbras  
 Detamen vit amor. quis enim modus adsit amori  
 Ah cor ydon cor ydon que te dementia cepit  
 Semiputata tibi frondosa vitis in vltimo est  
 Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget vltus  
 Viminibus: molli que paras detexere iunco  
 Inuenies alium si te hic fastidit alexis

Construe sic. **O** cor ydon tu es rusticus. id est ignarus vel stultus. nam  
 alexis non curat munera. id est dona tua et si certes id est disceptes muneribus  
 pro habendo puerum. yolas id est dominus suus non concedit. id est per  
 mittit. **E**heu quid voluit. id est optavi mihi cor ydoni misero. ego perditus  
 destructus deceptus. immisi. id est posui. austrum. id est illum ventum flori-  
 bus. et immisi. id est posui apros. id est porcos siluestres fontibus liquidis. i.  
 serenis. **ah**. o alexi. demens. id est stulte quem. scilicet amatorem fugis. dum ha-  
 bitarunt. id est habitauerunt. siluas. id est nemora et paris dardanius id est  
 troianus habitauit siluas et pallas colat. id est habitet arces. id est turres quas  
 ipsa condidit. id est composuit siluas. id est nemora placent ante omnia. id est  
 bona mundana nobis. id est pastoribus legna. id est formica leonis torua. id  
 est torue ambulans sequitur lupum. id est illud animal et iple lupus sequitur  
 capellam ad deuorandum. et capella lasciuia sequitur cythifum. id est illam  
 herbam. florentem. id est virentem. et o alexi cor ydon sequitur te et sua vo-  
 luptas. id est amor trahit. id est attrahit quences. id est vnumquemque. o alexi as-  
 pice iuueni. id est parui boues referunt. id est portant aratra suspensa. id est  
 superposita iugo. id est collo suo et sol decedens. id est versus occidentem ten-  
 dens duplicat. id est condensat umbras tamen amor. s. alexis pueri vrit. id  
 est comburit me. quis modus adsit. id est conueniat amori. **ah** o cor ydon que  
 dementia. id est stulticia. cepit. id est detinuit te vitis. id est vinea semiputata  
 est tibi in vltimo. id est in illa arboze frondosa. id est ramosa quoniam. id est quoniam  
 paras id est preparas detexere. id est componere aliquid. id est aliquid bonum iunco molli. id  
 est ex illa herba flexibili et viminibus. id est ex guttis aliquid dico eo p. s. quo p. vltus  
 id est natura hominum indiget potius. i. melius o cor ydon tu inuenies alium amicum  
 cum si hic alexis fastidit. id est tedio afficit te **R**usticus es cor ydon. **H**ic  
 poeta loquitur ad cor ydonem dicens quod alexis vel cesar non curat carmina sua  
 quia rusticus est et rustici non habent precium inter magnates **N**ec si muneribus. i.  
 si tu velis dare munera per hunc modo illum puerum pollio dominus suus non dabit tibi il-  
 lum nec cesar pro muneribus tuis dabit tibi agros matuanos **E**heu **H**ic co-  
 rydon increpat seipsum per quandam similitudinem pastoralem quia sicut ille qui immie-  
 rit porcos in fontem liquidum turbat aquam. et qui dat floribus austrum ventus  
 cum pluuosum destruit flores. ita cor ydon turbauit seipsum petendo fru-  
 stra quod non potuit obtinere **Q**uem fugis **L**oquitur itaque ad alexim et est  
 ah interiectio dolentis. i. quare dedignaris vitam pastoralem quia dardanius  
 paris qui fuit filius priami regis troiani fuit pastor in siluis **U**nde regio  
 troiana dicitur dardana a dardano rege qui ibi regnavit **P**allas **H**ic lo-  
 quitur indignanter. i. pallas habitet in turribus vel in ciuitatibus quas ipsa

S U

condidit. rura autem magis placent pastoribus. Poetę em̄ fingunt mi-  
neruam siue palladem fuisse natam ex capite iouis 7 q̄ in capite ē ingent  
um ideo q̄ dea sapientie 7 arcium 7 inuenisse omnes artes 7 domiciliandi  
colendi terras. 2c. 82. **T**orua legna. Hic corydō excusat seipsum. Quis  
frustra petierit alexim q̄ omnis res sequitur suum a p̄petitum vel illud in  
quo delectatur sicut patet p̄ exempla q̄ legna seq̄tur lupum ad deuoran-  
dum 7 lupus capram. 7 capra seq̄tur frondes sibi delectabiles. ita corydō  
seq̄tur alexim qui sibi placet. **A**spice aratra. Hic vult ponere finem suę  
eglogę sicut fecit ibi iam mare thyrrenum. 7 cōputat more rusticorum  
qui cōputant horas diei p̄ ligaturam boum 7 quando dissoluunt boues  
tunc ē finis diei. **D**e tamen vrit amor. i. Quis omnia capiant finem. a  
mor tñ meus sp̄ durat. Quis em̄ modus. Quia omnia vincat amor. vt  
dictum ē prius. nam erit ille mihi sp̄ deus. vnde d̄r quidam. Nescio q̄d sit  
amor nec amoris sentio nodum. Sed scio si quis amat nescit habere mo-  
dum. **A**h corydō. Loquitur poeta ad corydōnem dicēs q̄ r̄ elius fuisset  
ei cogitare de p̄rijs negocijs suis q̄ amare alexim. quia non licet rusti-  
cos quoscuq̄ q̄rere ea q̄ sunt supra se. Semiputata tibi. i. stultus es qui  
vis amare 7 tamen vitis tua semiputata ē 7 est in v̄lmo frondosa. frōdes  
em̄ nocent vitibus vt habetur in georgicis. **E** hoc intelligit q̄ vitilius est  
completere enq̄dem quam inceperat q̄ orare p̄ agris mantuanorum resti-  
tuendis. quia melius sic recuperaret gratiam imperatoris. **U**t aliter potest  
intelligi quasi diceret poeta. o corydō tu es bene furiosus 7 credo q̄ bibis  
tūde vino semiputate vitis. quicunq̄ enim sacrificabat tali vino corripie-  
batur furore vel potest aliquando intelligi. i. sicut vitis deserta que non ē  
perfecta sed solum semiputata fert tarde fructum maturum ita tarde vel  
nunq̄ habebis gratiam cesaris vel alexis. **I**nuenies alium. Hic dat si-  
bi remedium quia fortuna non est stabilis. 7 ideo si ille cesar contemnat  
re forsitan post eum veniet alius qui re diliger. dicitur enim q̄ fors omnia  
a versat. **E**cetera videantur supra textum.

**I**nclo. Menalcas 7 dameta em̄uli cōcertātes. 7 palemō iudex. eglo. iij.

**I**c mihi dameta cuium pecus. an melibei. **D**e.

**C**onstrue sic. **D** dameta. id est pastor dic mihi. id est menalce  
cuium pecus. id est cuius est pecus. an. id est nunquid est melibei. id est il-  
lius pastoris. **T**ercia egloga que dicitur palemon. 7 est obiurgatio  
pastoris quia sunt duo pastores altercantes adinuicem cum iurgijs. vnde  
pastor est menalcas cornificius inuidens contra virgilium qui extrane-  
is incipiebat esse delectus cesari. 7 timebat cornificius illud quod sibi cō-  
tigit scilicet postponi virgilio. **S**ecundus pastor est dametas. id est vir-  
gilius qui respondet menalce se defendēs viriliter. 7 isti duo loquuntur in-  
uicem vsq̄ ad medium eglogę. vbi introducit̄ alius pastor qui audit ista  
ta iurgia qui vocatur palemon ibi. **D**icite quando quidem. 7 sic in ista eg-  
loga sunt tres p̄cipales personę denominatur tamē a digniori scilicet  
a palemone iudice. **C**ornificius autem improperabat virgilio multa cō-  
uicia scilicet q̄ possessiones quas tenebat non erant suę sed exul extrane-  
us erat et mercennarius 7 q̄ nihil habebat dicebat enim q̄ metra que vir-  
gilius scribebat non erant sua federat solum aggregator. **I**ncipit ergo

menalcas a iurgijs interrogans dametam. Dic mihi dameta cuiam pecus. quasi diceret bene scio q̄ non est tuum sed nunquid est melibœi pastoris. id est cuius sunt possessiones quas tenes nunquid sunt cesaris vel cuius sunt metra que scribis nunquid sunt homeri vel theocriti. Unde virgilius quando improperabatur ei se intermiscere dictis suis aliquos vsus homeri. respondebat q̄ fortis est qui eripit clauam ab hercule Et hic notandum q̄ antiqui dicebant cuius cuiam. sicut meus mea meum. sicut patet hic.

Dametam

**Non verum egonis: nuper mihi tradidit egon**

Construe. pecus non est melibœi sed est egonis. egon id est ille pastor tradidit mihi dametam nuper id est non longo tempore Non verum Hic responderet dametas id est virgilius negatiue. q̄ oues non sunt melibœi sed sunt egonis. quia egon pastor dedit sibi nuper eas id est scientiam bucolicoꝝ habuit a theocrito.

Menalcas

**Infelix o semper ouis pecus: ipse nequam  
Dum fouet. ac ne me sibi p̄ferat illa veretur  
Dic alienus ouis custos bis mulget in hora  
Et succus pecori ⁊ lac subducitur agnis**

Construe. O uis existens semper pecus id est animal. infelix id est infortunatum dum ipse dametas. fouet id est amplectitur. nequam id est illam amantissimam. ac pro ⁊. veretur id est timet. ne illa negra. p̄ferat me sibi. id est ne plus me diligat. Hic custos id est dametas. alienus custos ouium mulget id est fugit oues. bis in hora id est in die. ⁊ succus id est liquor. subducitur id est aufertur. pecori ⁊ lac subducitur agnis Infelix. Dicit menalcas q̄ inter alia pecora oues sunt animalia infelicia quia communiter habent miseros pastores. vbi vult diffamare dametam id est virgilium ex inuidia dicens. Ipse nequam dedignatur ipsum nominare nomine proprio sicut ipsa petenda mihi id est ipse dametas blãditur neque pellici cõmuni pastoribus ⁊ tunc ne ipsa p̄ponat sibi dametã ⁊ sic est inuidus Hic alienus ouis id est in isto loco iste pastor bis in hora mulget oues ⁊ sic est valde auarus ⁊ fugit totã substantiã ouium ⁊ agnorum tanq̄ mercenarius ⁊ nõ verus pastor quasi diceret coruificius q̄ virgilius non erit p̄dilectus a cesare quia non est nisi tyrannus ⁊ crudelis extractor populi

Dametam.

**Parcius ista uiris tamen obijcienda memento  
Nouimus. ⁊ qui te transuersa tuentibus hircis  
Et quo (sed faciles nymphæ risere) sacello**

O menalca memento ista sc̄z verba esse obijcienda id est dicenda peius id est modestius uiris sc̄z fortibus nã nouimus te sup̄ple ⁊ nouimus qui te corruerit sup̄ple ⁊ nouimus quo id est in quo loco. sacello. i. templo ⁊ hoc dicto hircis tuentibus transuersa sc̄z nymphæ faciles ad miserirordiã. risere. i. derisere te Parcuis ista uiris. Rãdet virgilius dicens. tu nõ debuisses obijcere talia friuola viro cõstanti q̄ nõ timet talia s̄ba inutilia ⁊ sp̄aliter tu quẽ bene cognosco esse infamem q̄ q̄ videt te videt vnũ hircũ ⁊ ecõtra viso em̄ vno hircõ q̄ respicit transuersabiliter ⁊ tu videris id est tu es valde immũdus. luxuriosus sicut hircus qui tempore libidinis respicit oblique



et capitur tibi tranſuerſa aduerbialiter. id eſt nomen pro aduerbio. Et  
quo id eſt nomen bene ſcio q̄ tuſcommiſiſti ſtuprum in loco ſacro id eſt in tē/  
plo nympharum quod eſt ſacrilegium ⁊ meruiſti lapidari ſi nymphę non  
fuſſent tibi miſericordes. faciles id eſt benignę. ⁊ exorabiles id eſt gratio  
ſę. deriſus tamen es a deabus tanq̄ turpis Dei.

**Tum credo: cum me arbuſtum videre miconis  
Atq; mala vites incidere falce nouellas**

**D**ameta credo q̄ nymphę deriſere quando videre id eſt viderunt  
me ſcilicet menalcam. incidere id eſt amputare. arbuſtuꝝ id eſt arboꝛes in  
tali loco exiſtentes. miconis id eſt illius paſtoris. ⁊ etiam quando viderunt  
me. incidere vites nouellas. id eſt teneras. mala falce id eſt malo instrumen/  
to **Tum credo.** Reſpondet menalcas ruſtice ⁊ naturaliter. ruſtice eniꝝ  
quādo obijciuntur eis obprobria non purgant ſe a primis obiectis ſed ade/  
unt alia vt forte oſtendant non eſſe vicia magna q̄ dicant non feci quod di/  
cis. immo etiam hoc ⁊ hoc. ſed iſta non ſunt magna vicia Naturaliter em̄  
homines irati hoc faciunt audent enim non ſolum ſeciſſe mala immo ⁊ il/  
la fateri ſine verecundia. dicit ergo menalcas. bene credo q̄ nymphę riſere  
quando viderunt me propter ſtuprum. ⁊ hoc fuit verum etiam quando  
commiſi vnum aliud crimen. ſcilicet quando abſcidi nouellas vites quod  
tamen eſt capitale crimen. ſed antique poſſunt bene ſine damno abſcidi.  
quaſi diceret ſi ego comiſi hoc ⁊ illud qd̄ tibi eſt q̄ nō potes me corrigere.

**Aut hic ad veteres fagos. cum daphnidis arcum**

**Fregiſti: ⁊ calamos. que tu peruerſe menalca**

**Et cum vididi puero donata. dolebas**

**Et ſi aliqua nocuiſſes mortuus eſſes**

**D**menalca nymphę ſuiple viderunt te hic. id eſt in iſto loco ſc̄z ad vete/  
res fagos cum fregiſti. id eſt rupiſti arcuꝝ. ⁊ calamos. id eſt phyſtulas. daph/  
nidis. id eſt illius pueri. que ſc̄z arcum ⁊ calamos o peruerſe. id eſt peſſime.  
menalca cum vididi donata id eſt data. puero id eſt daphnidi. dolebas id eſt  
tristebaris. ⁊ ſi non aliqua id eſt aliquatenus vel aliqua ratione. nocuiſſes  
id eſt malum feciſſes puero. tu mortuus eſſes. id eſt tu perires ex inuidia.

**Aut hic.** Dameta. id eſt virgilius iterum. redarguit cornificium inui/  
dię ⁊ detractiōis. quia pridie fregit arma ⁊ phyſtulas daphnidis paſto/  
ris. ⁊ erat iratus quia arma ⁊ phyſtule erant data daphnidi. ⁊ ex inuidia  
mortuus fuſſet ſi non nocuiſſet ei in aliquo. Paſtores em̄ habent arma.  
vt dicitur in georgicis. Armacq; amyelum canem creſſaſq; pharetras In  
hoc vult oſtendere q̄ cornificius erat ſibi inuidus. quia cęlar ded erat ſibi  
ſagios. vult etiam dicere q̄ cornificius lacerauerat carmina heſyodi poe/  
tę. in georgicis etiam vtebatur illis tanq̄ ſuis. Inuidebat etiaꝝ virgilius  
qui habebat artem poeticam. Deo.

**Quid domini facient. audent cum talia fures**

**Non ego te vidi Damonis peſſime caprum**

**Excipere inſidijs multum latrantelicysca**

**Et cum clamarem (quo nunc ſe proripit ille)**

**Lityꝛecoge pecus. tu poſt carecta latebas**

Quid domini. id est principes facient cum fures id est latrones audere  
facere talia facta. supple o menalea pessime. id est peruerse. non id est nonne  
ego vidi te dametam excipere. i. furari caprum damonis. i. illius pastoris.  
insidijs id est occulte. et hoc dicto lycisca. id est cane siluestri. latrante. id est cla-  
mante. et cum clamarem id est dicerem tityro. o tityre coge. id est duc pecus  
vel serua. quo. i. ad quem locum. ille id est dametas. se proripit. i. transpor-  
tauit. tu latebas. i. absconditus eras post carecta. i. illu locu in quo crescunt  
carices. **Quid dñi Menalcas** vocat nunc dametam furem. dicens quid  
fieret si loqueretur vno dño quando iste fur audet sic respondere **Sunt autem**  
quedam nomina q̄ significantur per officia. sicut amator philosophię dicitur  
phũs. et nomen trinum h̄arum dicitur fur. sicut Plautus cuidam latro-  
ni dicit. tu es h̄o trinu h̄arũ et sic ex officio furadi. vult etiam dicere q̄ virgilius  
est seruus miser et indigens q̄ soli tales furatur. dicit enim Latho. Cum de  
est aliena sequitur. Nunquid ego vidi te furantẽ caprũ damonis pastoris.  
et qñ ego clamaui lycisca clamauit. et tu te abscondisti retro carecta. Et h̄  
confirmat se esse furem. q̄ visus est certissimus sensuum. et vult dicere q̄ vir-  
gilius furatus est ab homero et a theocrito et hesiodo carmina que dicebat  
esse sua. vel q̄ furatus est possessiones vel agros cesaris. Et est lycisca vel li-  
ciscus canis qui ex lupo et cane generatur. et est optimus canis contra lu-  
pos. ideo dicit q̄ in furando lycisca latrabat et virgilius se abscondit in ca-  
rectis. id est locis vbi crescunt carices. **Da.**

**An mihi cantando victus non redderet ille  
Quem mea carminibus meruisset phystula caprum  
Si nescis meus ille caper fuit. et mihi damon  
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat**

**An ille.** i. damon victus supatus cantando non reddere mihi damete  
caprũ supple que scz caprum mea a phystula meruisset carminibus. i. cantibus  
a menalea si nescis id est si ignoras ille caper meus fuit et damon. id est ille pa-  
stor fatebatur mihi damete illu caprum esse meu sed negabat se damonem  
posse reddere. id est restituere **An mihi.** Respondet dametas. id est virgilius  
multiplicando vicia sicut prius fecit menalcas. sed dicit se non esse furem  
nec cepit rem alienam inuito dño. q̄ ille caper erat suus qd bene sciebat  
damon et confitebatur. sed dicebat seipm non posse reddere quia differebat  
ipsum dare donec faceret carmen tragicum. Et interrogabat virgilius  
cornificium dicens. Nunquid bene scis q̄ ego possum bene obtinere illuz  
caprum ex carmine meo. id est nunquid bene scis q̄ possum et bene scio fa-  
cere tragedias et carmina que sic vocantur. a trogos quod est hyrcus quia  
premium tragicorum erat hyrcus. et sic dato q̄ non fuisset meus tamen po-  
teram illum licite accipere quia paratus eram illum mereri cantando. et  
per hoc significatur q̄ virgilius si tenebat agros non tenebat nisi suos. et  
cesar hoc bene sciebat. sed vix poterat eos sibi restituere quia eos dederat  
suis militibus veruntamen propter sui scientiam et magnam prudentiam  
et subtilia carmina cum deuotis et humilibus precibus meruit eos sibi re-  
stitui. et sic meruit caprum cantando sicut dicit Horatius. Carmine q̄ tra-  
gico vilem cantauit. ob hyrcum. **De.**

**Cantando tu illum: haud vnq̄ tibi phystula cera  
Iuncta fuit. non tu in triujs indocte solebas  
Stridenti miserum stipula disperdere carmen**

Construe sic. Veruisti supple habere illum caprum cantando: quasi diceret non. quia haud pro non phystula nunq̄ fuit tibi iuncta id est con- iuncta. cera non id est nunquid solebas indocte id ē inutiliter. vel indocte potest esse vocatiui casus. disperdere id ē vlulare. carmen miserum in triujs id est in biujs. stipula id est phystula. stridenti id est male resonanti.

**Cantando tu illum.** Obiurgat iterum menalcas id ē cornificius con- era virgilium dicens. tu meruisses caprum cantando. tu mentiris. quia nunq̄ sciuisti cantare nisi solum vlulare in biujs ⁊ nunq̄ habuisti bonā phystulam iunctam cera. sed solummodo phystulam scissam male ⁊ stridu- le resonant em id est nunq̄ habuisti bonos libros ad studendum nec vn- q̄ bonam philosophiam sciuisti. Et sciendum q̄ pastores qui vendebāt lac timebant esse in quadriuijs vbi vlulabant ad denunciandum lac esse venale in memoriam cereris. quia quando querebat filiam suam pro ser- pinam vlulabat in vrbibus ⁊ triujs sicut dicitur in engide. Nocturnusq̄ echatē triujs vlulata per vrbes.

**De.**

**Vis ergo inter nos quid possit vterq̄ vicissim  
Experiamur: ego hanc vitulam (ne forte recuses)  
Bis venit ad mulctrum. binos alit vberē fetus  
Depono. tu dic mecum quo pignore certes**

Menalca vis. i. cōsentis vt expiamur. i. probemus inter nos quid v- terq̄ nostrū possit scz cantare ⁊ ego dametas depono. i. in vadium pono hanc vitulā. ⁊ ne forte recuses. i. refutes eam dico tibi q̄ ipsa venit bis ad mulctrū. id est bis mulgetur in die. ⁊ alit id ē nutrit. binos fetus id ē du- os vitulos. vberē. i. māmilla sua. ⁊ dic mihi quo pignore. id est quo vadio certes mecum. Vis ergo. Respondet dametas. i. virgilius tu dicis q̄ nescio cantare vis tu q̄ cantemus ambo inter nos. quia nō habemus iudicē. qz adhuc nō venit palemon ⁊ ponamus vadia inter nos q̄ succedāt victori. ⁊ ego depono vl' assigno p̄ciū vl' vadiū carminis. scz vnā vaccā iuuenā que licet sit iuueuis tamē bis in die venit ad mulctrū. scz manet sero. ⁊ possu- mus dicere mulctrā vl' mulctz vl' mulctariū vas in quo mulgetur lac. di- citur em in georgicis implent mulctaria vacce. Tu dic mecum quo pig- noze certes. id est quod vadium vis ponere.

**De.**

**De grege non ausim quicq̄ deponere tecum  
Est mihi nāq̄ domi pater. est iniusta nouerca  
Bisq̄ die numerant ambo pecus. alter ⁊ hēdos  
Verum id quod multo tute ipse fatebere maius  
Insanire libet. quoniam tibi pocula ponam  
Fagina. celatum diuinū opus alchimedontis.  
Lenta quibus torno facili superaddita vitis  
Diffusos hedera vestit pallente corymbos**

In medio duo signa conon. z quis fuit alter  
Descripsit radio totum qui gentibus urbem  
Tempora que messor. que curuus arator haberet  
Necdum illis labra admoui sed condita seruo

Non ausim .id ē non auferem deponere .id ē sequestrare quicquid .id ē a /  
liquid de grege .id ē ex ouibus namque pater est mihi domi nouerca ē in /  
iusta domi quod pro z ambo scilicet pater z nouerca numerant .id ē compu /  
tant pecus .id ē oues bis in die scilicet mane z sero z alter numerat hedos  
verum deponam supple id quod tu fatebere .id ē dices esse maius scilicet  
vadium quod sit vacca .z libet .id ē expedit te insanire quoniam pono tibi is /  
ta supple Nam ponam pocula id ē vasa fagina .id ē ex fago facta que sunt o /  
pus clarum .alchimedontis diuini .id ē illius preclari sculptoris quibus .  
id ē i quibus poculis vitis lenta superaddita torno facili vestit .id ē coope /  
rit corymbos .id ē vvas hederarum diffusos .id ē dispersos hedera .id ē ar /  
bore pallente .id ē pallida in medio illorum peculorum sunt duo signa .  
scilicet conon .id ē imago cononis ducis z quis fuit alter agricolę nesciunt  
supple sed fuit ille qui descripsit totum orbem gentibus .id ē hominibus  
radio .id ē cum virga z descripsit que tempora messor .id est vindemiator  
haberet z descripsit que tempora arator haberet .id ē rusticus possideret z  
ego menalcas necdum .id ē non adhuc admoui .id ē apposui labra illis po /  
culis De grege. Responder menalcas .id ē cornificius sicut ille qui ti /  
met vinci quia ipse non auferet deponere aliquod animal de grege quod ha /  
bebat nouercam z patrem qui bis in die numerabant gregem scilicet ma /  
ne z sero z dicit iniusta quia comuniter nouerce sunt iniuste primogenitis  
Verum id quod multo .z . Et tibi dabo vnum aliud precium quod est me /  
lius quam vacca tua scilicet vnum vas de fago ad potandum quod factus est  
ab eximio sculptore scilicet ab alchimedonte in quo scripta est hedera al /  
ba habens corymbos .i. baccam vel grana quedam .z supra illam hedera  
est tornata vel cum torno facta vna vitis que cooperit illos corymbos .z in  
medio illius vasis est imago cononis que fuit dux z imago vnius alterius  
phi. Descripsit radio .i. cum virga qua vtuntur geometri quia fuit as /  
trogus Necdum illis .i. illa pocula non sunt adhuc in vsu sed sunt no /  
ua .i. recentia. Per ista intelligitur quod cornificius timebat uxorem suam et  
non audebat duponere nisi poculum solum .i. quendam librum de quo mu /  
lier non curat .z vult dicere quod habet quendam librum quem virgilius  
nunquam vidit.

Da.

Et nobis idem alchimedon duo pocula fecit  
Et molli circum est ansas amplexus achanto  
Ozphæque in medio posuit. silusque sequentes  
Necdum illis labra admoui. sed condita seruo  
Si ad vitulam spectes nihil est que pocula laudes

Et idem alchimedon .id est ille sculptor fecit duo pocula z ille alchime /  
don amplexus est ansas .i. illud per quod tenemus vasa circum .i. vndique achan /  
to .i. illa herba molli .i. flexibili z ipse posuit ozphæ illum cantorem z po /  
suit siluas .i. nemora sequentes scilicet cantum ozphæi necdum .i. non ad /

E i

huc admouit. id ē posui labra illis vasis. sed seruo illa condita. id ē abscondita  
z si spectes. id ē respicias ad vitulam. id ē vaccam nihil est q. id ē qua  
re laudes pocula. Et nobis idem. Respondet dametas condemnando  
pocula que menalcas reputabat preciosa. Illud enim non ē preciosum qd  
est commune. dicit ergo Virgilius ego etiam habeo duo pulchra pocula  
ab alchimedonte z circa ansas est sculptus achantus herba volubilis. et  
in medio posuit orpheum qui fuit optimus cantor qui faciebat siluas co  
reare. z ideo in poculis meis sunt sculpte silue sequentes orpheum.  
Necdum illis Derisorie repetit verba cornificij z est hypallage. quia non  
mouemus labra ad pocula sed econtra. z si consideres vitulam meam nō  
laudabis pocula tua respectu eiusdem

De.

**Nunq̄s hodie effugies: veniam quocunq̄ vocaris**

**Audiat hec tantum: vel qui venit: ecce palemon**

**Efficiam post hac ne quenquam voce lacesles**

o dameta nunq̄s effugies. id ē vitabis disputacionem hodie quocunq̄  
id ē ad quemcunq̄ locum vocaris. id ē vocaueris veniam. id ē descendam  
aliquis supple. audiat hec. id ē hanc disputacionem vel ille qui venit audi  
at nos z ecce palemon qui audiet nos z ego efficiam. id ē faciam post hac  
ne lacesles. id ē prouoces quenq̄s. id ē aliquem voce. id ē verbis tuis

Nunq̄s hodie. Loquitur menalcas. id ē cornificius non effugies disputa  
tionem ego veniam tecum quocunq̄ volueris z veniet aliquis qui audiat  
nos z non curo quis sit. vel veniat a casu. ecce palemon. id ē quidaz pastos  
vel meccenas qui audiet nos

Da.

**Quin age si quid habes. in memora non erit vlla**

**Nec quenquam fugio. tantum vicine palemon**

**Sensibus hec imis (res est non parua) reponas**

Construe. Quin. id ē quinimo age. id ē dic si habes. quid. i. aliquid ad  
dicendū vlla mora. id ē aliqua tardatio nō erit in me dameta. nec fugio. i.  
effugio quenquam. sed o palemon vicine reportes. i. iudices hec. id ē istam  
disputacionem sensibus imis. i. bona prudentia qz res. id ē disputatio non ē  
parua. Quin age. Respondet dametas. si scias aliquid ostēde illud. co  
ram quocunq̄ iudice. Tantum vicine. Palemon captat beniuolentiā  
qz notat eū suum viciniū z aduertit eū vt bene consideret argumentatio  
nem ambozum quia de magna reagitur

Palemon

**Dicite quandoquidem in molli consedimus herba**

**Et nunc omnis ager: nunc omnis parturit arbor**

**Nunc frondent silue. nunc formosissimus annus**

**Incipe dameta. tu deinde sequere menalca**

**Alternis dicetis. amant alterna camene**

o vos ambo dicite carmina vtrā q̄quidem cōsedimus. i. gescimus in  
herba molli z nūc omnis ager parturit. i. germinat nūc. Et omnis arbor p  
turit nūc. z silue nūc frondent. i. florent z annus est supple formosissimus  
nūc o dameta incipe carmina tua. z o menalca sequere deinde. i. dicis post  
dametam carmina tua. z vos dicetis carmina alternis scz vicibus qz ca  
mene. id ē muse amant alterna. i. alternatim dicta. Dicite. Duculq̄ lo

auti sunt menalcas et dametas nunc loquitur Palemon qui a casa occurrit et e-  
ligitur iudex et loquitur more pastorum dicens Dicite carmina vestra supra herbas  
viride. nunc enim flores omnis ager et prurit omnis arbor. carmina enim requirunt cor-  
sectum. incipe dametra et postea menalcas tibi respondebit **Da.**

**Ab ioue principium musæ: iouis omnia plena**

**Ille colit terras. illi mea carmina cure**

Principium musæ. i. carminis mei est ab ioue. i. ab illo deo omnia sunt ple-  
na iouis. i. omnia sunt in potestate iouis. ille iuppiter colit. i. arat terras et mea  
carmina sunt cure. i. sollicitudini illi ioui Ab ioue principium. i. incipiam  
carmina a ioue vel cesare quia omnia sunt plena iouis quia deus est ubique et sp.  
vel potestas cesaris est ubique loco. Illi mea carmina. id est iuppiter  
vel cesar complacet in carminibus meis **De.**

**Et me phœbus amat. phœbo sua semper apud me**

**Munera sunt lauri. et suaue rubens hyacinthus**

Phœbus. id est ille deus amat me et lauri sunt semper apud me. id est  
menalcam phœbo. id est illi deo sua munera. id est dona et hyacinthus illa  
herba rubens. id est rubea. est suaue donum vel suaue potest esse captum ad-  
uerbialiter. Et me phœbus amat. Respondet menalcas dicens Si tu  
habes iouem propitium. ego habeo phœbum qui est summus deorum quia  
unicuique deus suus est summus. ideo dicit communiter. Si quis amat ra-  
nam ranam putat esse dyanam. et phœbus dat mihi sua munera laurum  
et hyacinthum herbam rubeam. id est dignus sum corona laurea Ubi  
notandum est quod phœbus amavit daphnem que fugiens a facie eius muta-  
ta est in laurum. quia amantes virginitatem semper vident sicut laurus.  
Phœbus autem et boreas amauerunt puerum hyacinthum boreas ve-  
ro qui puer magis delectabatur in amore phœbi. percussit de vno disco hy-  
acinthum et interfecit eum. scilicet mutatus est in florem sui nominis **Da.**

**Malo me galathea petit lasciuia puella**

**Et fugit ad salices: et secupit ante videri**

Construe sic. Galathea. id est concubina scilicet lasciuia puella. id est  
voluptuosa petit. id est percutit me malo. id est pomo et ipsa fugit. id est  
currit. ad salices. id est ad loca voluptuosa et cupit se videri scilicet a me an-  
te. id est antequam recedat **Malo me.** Hic dametas laudat se ex sua pul-  
chritudine dicens quod galathea concubina prouocat et percutit ipsum pos-  
mo in signum amoris. et fugit ante eum ad salices. id est ad loca delecta-  
bilis. sed vult ante videri ut ipse sequatur eam visam tunc ipse concupiscat  
decorem suum Per hoc volunt aliqui quod non solum roma immo etiam  
galathea. i. gallia peribat carmina virgilij. et sic laudat se a sciencia **De.**

**At mihi sese offert vltro meus ignis amyntas**

**Notior vti iam sit canibus nondelya nostris**

Construe. Et amyntas. i. ille puer meus ignis. i. amor meus notior. i.  
a deo notus offert sese mihi ut delya. i. amica vel dyana que est dea venatio-  
nis non sit iam notior. i. magis nota nostris canibus sicut est amyntas **At**  
mihi **Respondet menalcas dicens sicut tu habes amicam puellam ego habeo**

**C U**

puerum amicum. id est forte cesarem a puritate sensus vocatum puerum  
z est mihi iam tam priuatus q̄ canes mei agnoscunt cum sicut amica me  
am deliam vel dyanam a delos insula dictam **Da.**

**Parta mee veneri sunt munera: namq; notaui**

**Ipse locum aerie quo congessere palumbes**

**Munera.** id est dona sunt parta. i. pparata mee veneri. id est mee a/  
micę. ipse. id est ego dametas notaui locum scilicet quo. id est in quo loco  
palumbes. id est ille aues aerie. id est in aere volantes congessere. id est ni  
dos fecere **Parta mee** Iterum dametas gloriatur in domo z possessio  
ne sibi data. dicens ego habeo iam locum paratum mee veneri vel delec/  
tationi quia signaui meum locū delectabile z pingue vbi palūbes colle  
gerūt nidus suos z hoc fit in arborib; spissis z in terra fructifera **De.**

**Quod potui. puero siluestri ex arboze lecta**

**Aurea mala decem misi. cras altera mittam**

**Et ego menalcas feci quod potui.** nam misi puero. id est amico meo. s.  
amynę vel cesari decem mala. id est poma aurea. id est aurei coloris lecta  
id est collecta ex arboze siluestri z ego mittam cras altera scilicet poma.

**Quod potui.** Hic menalcas dicit se etiam portasse donum delectabi  
le suo amico. scilicet decem poma siluestria que iam sibi misit z cras mie  
ret alia. id est mittet cesari decem eglogas bucolicorum z georgica. potest  
etiam intelligi per predicta templum delectabile quod virgilius propo/  
nit in georgicis construere in reuerentiam cesaris vbi dicit. In medio mi  
hi cesar erit templumq; tenebit. z cornificius iactat se in laudem cesaris  
facturum bucolica z georgica melius q̄ virgilius **Da.**

**Quotiens. z que nobis galathea locuta est**

**Partem aliquam venti diuini referatis ad aures**

**Construe.** Quotiens galathea locuta est mihi supplez q̄. id est qua/  
lia dulcia verba galathea. id est amica locuta est nobis. o vos venti refe/  
ratis aliquam partem verborum dulcium ad aures diuini. id est deorum  
quia ira dulce locuta est vt deorum auditu eius digna sunt verba.

**Quotiens.** Hic dametas gloriatur in dulciloquio galathee vbi vult di  
cere q̄ cesar priuate z secreta loq̄batur secum optans q̄ aliquis v̄rus de  
ferat illa dulciloquia ad aures potentum. quia si ipse se laudaret laus sua  
sordesceret. ideo vellet q̄ venti deferrent **De.**

**Quid prodest q̄ me ipse animo non spernis amynta**

**Si dum tu sectaris apros. ego retia seruo**

**Construe.** Quamvta quid prodest q̄ non spernis me animo. id est libe  
rissime amas. Si dum. i. si quando tu sectaris apros. i. vadis ad venan/  
dum apros ego menalcas seruo. i. custodio retia. **Quid pdest** occulte  
menalcas ostendit dametam mentiri z q̄ cesar non diligit ipm qz quādo  
cesar vadit ad venationem dametas solū seruat retia qd̄ est minime de/  
lectationis in venatione. quasi diceret de virgilio sub p̄ria persona si ce/  
sar amasset te duxisset te ad bellum contra anthonium vel ad vnum ali/  
ud bellum quod noluit cesar facere **Da.**

**Phyllida mitte mihi. meus est natalis yola**

### **Cum faciam vitula pro frugibus: ipse venito**

**Q**uola o deus mantuano ꝛ mitte mihi phyllida. id ē amīcam meaz quia est meus natalis. id ē dies natalis mei. ꝛ cū faciam id ē cum. id ē sa-  
crificabo vitula. id ē ex vitula pro frugibus ipse. id ē tu yola venito. id ē ve-  
nias ad sacrificium Phyllida mitte. Dametas gloriatur in diuitijs su-  
is vbi aduertendū est ꝛ antiqui venerabant diem suę natiuitatis ꝛ cum in  
omnibus alijs sacrificijs castitas seruaretur tamen specialiter in sacrificijs  
illius diei vtebantur voluptatibus. ideo. Dametas orat yolam pastorem  
ut in die sui natalis mittat ei phyllida communē eo ꝛ amīcam. ꝛ qñ faciet  
vitula. id ē qñ offeret vel sacrificabit vitulam pro frugibus. rogat ipsum  
vt adsit etiam in ꝓpria ꝓsona quia tunc non ē opus voluptatum. nec vt  
mittatur phyllis. vbi est aduertendū ꝛ antiqui añ messes ducebāt circa  
agros vnam vitulā quā postea sacrificabāt ceteri vt etiā habet in *Geor-  
gicis*. Tūcꝛqꝛ nouas circū foelix erat hostia fruges Et faciebāt festum suę  
natiuitatis. ꝛ est phyllida accūs gręcus huius noīs phyllis. ꝛ yola ē vrūs  
gręcus huius nominis yolas

**De.**

**Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit**

**Et longum formose vale: vale inquit yola**

**E**go menalcas amo phyllida añ alias mulieres ꝛ phyllis fleuit me  
id est a me discedere. i. recedēter ipsa fecit supple discedēdo longuz. i. longā  
recōmendatōem dicēdo mihi. o yola. i. menalca formose vale vale Phylli-  
da amo. **Hic** menalcas hz aliud nomē scz yolas vel est Antonomasia sicut  
vir fortis vocat Achilles vel Sāpson. ꝛ adulter vocat paris. ita op-  
timus pastor vocat yolas q̄ fuit pastor deificat⁹. Et ergo menalcas q̄ ipse  
amat foelicitatē ꝛ voluptatem. ꝛ q̄ phyllis ipm diligit plus q̄ alios. qd̄  
probat qz quādo recessit ab eo fleuit amare ꝛ longā recōmendatōem sibi  
fecit dicendo sepe. vale vale quod est ꝓbum discedentium. Sed capit ibi  
vale nominaliter. ꝛ est nomē indeclinabile. seruat tñ accūtia ꝓbi. qz doc-  
erinale Et q̄ est ibi sistole ꝛ boethesis ꝓducit em̄ vltima syllaba de vale  
In naturam ꝓborum scōde ꝓiugationis. sed in hoc metro corripitur. ꝛ est  
boethesis quia vocalis non cedit vocali ꝛ significatur ibi q̄ menalcas tac-  
tat se esse ita diuitem sicut est dametas

**Da.**

**Triste lupus stabulis: maturis frugibus hymbres**

**Arboribus venti nobis amaryllidis irę**

**Construe** Lupus ē triste. i. res tristis vel ꝓtraria stabulis. i. ip̄is agnis  
ꝛ hymbres sunt tristes vel cōtrarie frugibus ꝛ venti sunt ꝓtrarij arboribus ꝛ  
irę amaryllidis id est vxoris sunt tristes nobis pastoribus id est mihi.

**Triste lupus.** **Hic** deinde proponit aliqua ꝓouerbia naturalia vt ex-  
periatur an menalcas sciret proponere talia. ꝛ dicit q̄ ista sunt contraria.  
lupus ꝛ stabula. ꝛ capit ibi stabula pro agnis vel ouibus ꝛ est continens  
pro contento. ꝛ pluuia est contraria frugibus maturis. ꝛ venti arboribus ꝛ  
vxores iratę suis maritis

**De.**

**Dulce satis humor: depulsis arbutus hędis**

**Lenta salus feto pecori: mihi solus amyntas**

**Humor.** i. hūiditas ē dulce. i. res dulcis satis. i. segetibus ꝛ arbut⁹. id est

**Cij**



illa arbor est dulcis hedis .i. capris depulsis .i. seperatis a matribus z salix .i. illa arbor lenta e dulcis pecori .id e gregi .z amyntas ille puer solus est mihi dulcis. Dulce satis Responder menalcas dans prouerbia contraria dicens q licet hymbres sint contrarie frugibus maturis tamen sunt dulces seminibus z arbuta sunt dulcia hedis seperatis a matribus. Salix etiam est dulcis ouibus z capris .sed solus Amyntas est dulcis mihi menalce .z nihil sibi tam placet sicut ille puer vel sicut cesar .quasi diceret q non est sibi cura si amaryllis .id est roma vel ciues romani non diligant eum quia cesar eum diligit .consules enim erant pro virgilio contra cornificum

Da.

**Pollio amat nostram (quis sit rustica) musam  
Pierides vitulam lectori pascite vestro**

Pollio ille patronus amat nrām musam .i. carmina nrā quis sit rustica .i. quis carmina sint de reb; vilib; facta o pierides o muse pascite .i. nutrite vitulam .i. vacca vestro lectori .i. pollioni Pollio amat .Hic blanditur dametas suo patrono sez pollioni ad cuius rogatū scā sunt ista bucolica Pollio em amabat carmina z scripsit thragedias z hystorias. Pierides picria est regio macedonie in qua habitant muse deę carminuz ideo orat dametas vt ille muse dent pollioni pingue vitulam .i. premium carminis bucolici quod ei ascribit tanq protectori .z gloriatur in hoc sigillus q habet bonos amicos in senatu.

De.

**Pollio z ipse facit noua carmina: pascite thaurum  
Jam cornu petat: z pedibus qui spargat harenam**

Et ipse pollio facit noua carmina .pascite thaurum qui thaurus petat cornu z qui spargat harenam pedibus .qui inuadat homines cornu z scalpat terram suis pedibus Pollio z ipse .Hic ostendit menalcas se etiam diligi a pollione .z blandit ei sicut facit dametas impcando non sibi vitulam .s; thaurum q est fortior .Dametas em p vitula significabat fecunditate carminis Menalcas at p thaurum intelligit fortitudinē sensus ad confingendum carmina alioz poetarum

Da.

**Qui te pollio amat: veniat quo te quoq; gaudet  
Mella fluant illi: ferat z rubus asper amomum**

Construe .o Pollio qui amat te veniat .id e perueniat ad talem triumphum quo id est ad quem gaudet te venisse suple .z mella id e illi liquores fluant .id e secunda sint illi .z rubus asper id e durus ferat id e tribuat ei amomū florem redolentissimum. Qui te pollio iterum Dametas blanditur Pollioni impcando omnia bona illi qui ipsum diligit que optat ipsi pollioni dicens O pollio ille qui diligit te pueniat ad talem perfectionem ad qualem veller te peruenire z fluat illi abundantia mellis .z sunt ei secunda z fertilia sic q dumus ferat amomum florem redolentissimum z benedicatur terra in opere suo

De.

**Qui bauium non odit: amat tua carmina mei  
Atq; idem iungat vulpes: z mulgeat hircos**

Ille qui nō odit bauium .i. illū poetā o mei .i. o poeta ille amet tua carmina z q amat tua carmina ille idem iungat vulpes .ad e illa aialia aratro z

Ille idem mulgeat hircos. id est lac trahat ex hircis. Qui bauitū Del  
nalca facit facerā derisionē volens significare q̄ carmina Virgilij & polliōis  
nihil valent q̄ Bauius & Deuius fuerunt duo ignari poetę inimici  
Virgilij & Horatij & carmina vnius erāt eque misera sicut carmina alte  
rius. ideo dicit meui q̄ non diligit vel odit carmina bauitū amet tua carmi  
na. quia similia sunt in stilo de ignorantia atq̄ iungat vulpes. id est ille q̄  
diligit carmina vestra perdet tempus suuz sicut ille qui iungit aratro vul  
pes vel qui mulget hircos. Da.

**Qui legitis flores & humi nascentia fraga**

**Frigidus (o pueri fugite hinc) latet anguis in herba**

O pueri qui legitis. i. colligitis flores & fraga. i. mora rubea nascentia  
id est crescētia humi. i. in herbis. fugite hinc. id ē recedite ab illo loco quia  
anguis frigidus. i. serpens venenosus latet in herba. Qui legitis hic  
dametas proponit vnū enigma loquens ad pueros q̄ colligunt flores et  
fraga q̄ sunt mora rubea nascentia ex herbis. & dicit eis O pueri fugite hic  
q̄ anguis latet in herba. Et loquitur mātuans q̄ habitabāt inter milites  
q̄ anguis mordent & interficiūt sicut anguis & consulit eis cedere maiori  
iuxta dogma Lathonis Maiori corde De.

**Parcite oues nimium procedere: non bene ripe**

**creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccāt**

O pastores. Parcite. id est prohibete oues nimium procedere id ē ne  
oues nimis procedant. Nam non bene creditur. id ē confiditur ripe aqua  
nim supple. quia ipse aries nunc desiccāt vellera id ē pellem suam. Par  
cite. Hic menalcas ostendit se bene intellexisse p̄dictum enigma esse dem  
de mantuanis. quia sub vno alio enigmate ostendit illud quod accidit  
Virgilio quia cum repeteret agrum suum. Arrius Lenturio interemisset euz  
nisi saluissset in fluuium. Et dictum ē sibi veteres migrare coloni. ideo de  
Menalcas ad pastores mantuanos. non ducatis oues iuxta ripariaz ne  
cadant in fluuium quia nuper cecidit vnus aries. qui adhuc siccāt vellera  
sua quia non est diu q̄ cecidit Da.

**Tityre pascentes a flumine reijce capellas**

**Ipse vbi tempus erit omnes in fonte lauabo**

O Tityre reijce. id est repelle a flumine. i. a fluuio capellas pascentes &  
ipse. i. ego lauabo oēs in fonte vbi tempus erit oportunum supple. Ti  
tyre. Hic dametas p̄cipit eijcere capellas a flumine. q̄ ipse lauabat eas  
cum tempus fuerit & non lauabat in riuo sed in fonte id ē quādo cesar re  
dierit de bello actico Virgilius impetrabit pacem mātuanozū a cesare. Et  
loquetur ei in p̄pria p̄sona non per aliam interpositam sicut fecerat prius  
anteq̄ haberet noticiam Cesaris p̄ Pollionem. In cuius laudem fecit is  
tam eglogam. & dicit Seruius q̄ reijce capellas est pro selematicus pro  
dactylo. sed s̄m doctrinale & modernos reijcio & refert pro distat producūc  
te. & sic non potest esse pro selematicus. sed est singresis. & confluunt due  
vocales in vnā. & debet proferrī rice De.

**Logite oues pueri: si lac preceperit estus**

**Ut nuper frustra pressabimus vbera palmitis**

**C iij**

**O** pueri id pastores cogite id est in ouilia colligite oues. si estus id est calor preceperit id est preoocupauerit lac ut nuper fecit supple frustra pissa/bimus id est constringemus vbera id est mamillas palmis id est digitis vel manibus **E**ogite oues. **D**enalcas iubet cogere oues in tecta ppter calozē solis qui exterminat lac. et per hoc intelligit q̄ mantuani captiui sub furore tribulationis non possunt fructificare nec tunc est tempus repetē di agros donec pertransseat furor

**Da.**

**E**heu q̄ pingui macer est mihi thaurus in aruo

**I**dem amor exitium est pecori: pecorisq̄ magistro

**E**heu q̄ id est quantum thaurus est macer in aruo. i. agro pingui. i. fertili. Nam idem amor est exitium. i. destructio pecori. i. gregi et sez idem amor est exitium magistro pecoris **E**heu. **H**ic dametas tangit materiam et paupertatem mantuanorum dicens q̄ thaurus suus est macer in agro pingui et dicit q̄ hoc est p̄ amorem q̄ amantes desinunt comedere et obliuiscunt pastus et dicit q̄ idem amor est destructio pastoris et gregis et magis intelligit iste sermo de amore cupiditatis qui crescit immensum q̄ de amore concupiscentie carnalis q̄ ppter auaricia et cupiditate proceperunt multum tribulati fuerunt **H**egilius et alij mantuani. ideo dicit idem amor

**De.**

**H**is certe neq̄ amor causa est. vix ossibus herent

**N**escio quis teneros oculus mihi fascinat agnos

 sub pedibus suis. et videt sidera. id est stellas sub pedibus. ergo voluptas. id est  
 leticia. alacris. id est letia. tenet. id est amplectitur. siluas. id est nemora. et cœtera  
 rura. i. alios agros. et tenet inque pœna. id est deum pastorum. et pastores ip-  
 sos et puellas dyadas. id est illas nymphas. et lupus. id est illud animal. non  
 meditantur. id est non cogitat. insidias id est deceptionē. pecori. id est gregi. et vl-  
 la retia non meditantur dolum. id est fraudem. ceruis. i. allis animalibus. et  
 daphnis amat ocia. i. pacem. et ipsi montes intonsi. id est herbam vel arbores  
 habentes. iactant. id est emittunt. voces ad sidera. id est vsque ad cœlum. leti-  
 cia id est propter leticiam. et rupes ipse. id est ipsa saxa iactant carmina. et ipsa ar-  
 busta. id est ipse arbores. sonant. id est cantant. Menalca ille. id est daphnis  
 qui est mortuus est deus. et o daphni felix sis bonus. id est propitius. tuis. id est  
 famulis. en. id est ecce consecramus supple quattuor aras. id est altaria. Ecce  
 o daphni consecramus duas aras tibi. et consecramus duo altaria. phœbo  
 id est illi deo. et ego statuam. id est constituam. quotannis. id est singulis annis  
 bina pocula. id est duo vasa. spumantia. id est redūdantia. lacte nouo. et ego sta-  
 tuam duos cratheras. id est duo vasa oliui. pinguis. id est olei dulcis. et ego  
 hilarans id est letificans. conuiuia in primis. id est super omnia cum mul-  
 to baccho. et ego fundam. id est spargam vina aruisia. id est vina opti-

ma de illa patria scz necrat nouum calatis .i. vasis. z si frigus erit fundas  
ante focum .i. ignem. z si mellis .i. estas sit ego fundam vinum in vmbra  
et post potum dametas .i. ille pastor. z egon .i. alius pastor. lixius .i. creten/  
sis cantabunt mihi. z alphetiberus .i. alius pastor. imitabitur .i. reprensio  
bitur. satyros saltantes .i. siluestres. z hec sacrificia erunt semp tibi. z cuz.  
id e quando. reddemus .i. dabimus. nymphis .i. deabus. vata .i. sacrifici  
solenia .i. magnifica. z cu lustrabimus .i. circudabimus agros. z dum aper  
id e porcus siluestris. amabit iuga montis .i. colles montium. z duz piscis  
amabit fluuios z dum apes .i. illa animalia. pascentur .i. nutrientur. rhy  
mo. id e illo flore. z cicade. i. illa animalia. pascentur roze .i. pruina semp  
honus tuus z nomen tuum .i. fama tua. z laudes manebunt .i. erunt. in me  
moriam hominum. z agricolę .i. rustici colentes terram facient tibi vota. id  
est sacrificia. quotannis .i. singulis annis sicut faciunt baccho .i. illi deo. z  
cereri .i. deę frugum. z damnabis. id est obligabis. homines voris .i. ad sa  
crificia facienda **Candidus** Hic menalcas incipit carmen suum conti  
nens viginti quinqs metra. sicut fecit pdictum carmen mopfi epycedium .i.  
extinctum nymphe z epythaphium. ibi. Daphnis ego in siluis. Dicit er  
go menalcas q daphnis e nuc candidus scelix z gloriosus in celo respici  
ens sub pedibz suis lumē coeli. scz spherā ignis z alioz elementoz z quia e  
in celo altissimo cum magnis videt sub pedibz suis astra z quando dicit  
candidus vult dicere q ideo viuit sup ethera qz per cōtrarium mortui di  
cuntur nigri Ergo alacris .i. luctus pdictus vertitur in gaudiū z omnia  
illa que fleuerunt mortem daphnidis nunc exultat qz viuit z regnat in coe  
lo. z sic moeror vertitur in gaudium **Hunc ergo voluptas alacris .i. leta**  
tenet siluas rura z pana deum pastorum z pastores z dryadas. id e deas  
montium z florum contra illud quod dictum fuerat extinctum nymphe.  
**Nec lupus .i. lupus z animalia ferocia exultant laudātes daphnim dol**  
ficatum .i. tam amici qz hostes laudabunt iulium cesarem post mortem.  
**In tonis montes .i. pleni arboribus z arbusta scz iuuenes homines et**  
barbati homines vocat ipsum deum dicendo bis. deus deus est ille. quis  
geminatio vocabuli facit certitudinem **Sis bonus o scelix. dii dicuntur**  
scelices ab effectibus. scz quando dant scelicia dona. sis ergo scelix .i. ppici  
us tuis amicis. quia augustus persecutus est acerrime percussores iulij  
cesaris patris sui **En quattuor aras. Dicit se facturum quattuor aras**  
duas daphnidi z duas phoebo. Ara em est cōmunis inferis z superis dijs  
sed altaria pinent solis superioribus dijs. z dicuntur ab altitudine. **Sed q**  
ritur quare non dat phoebo altaria in numero impari qz postea dicitur.  
numero deus impare gaudet. Respondetur q fm Porphirium Apollo  
habet triplicem potestatem dicitur sol apud superos. et dicitur liber pa  
ter in terris. et apollo apud inferos. Ideo simulachrum apollonis habet  
tria insignia scz lyram que significat celestem armoniam et potestatem  
solis in celo. z habebat gryphem que ostendebat eum esse terrenum. z ha  
bebat sagittas ostendentes eum esse noxium z deum infernale. ideo **Hof**  
rarius vocat eum tam pestilentię qz salutis actorem. ideo **Virgilius per**  
altaria ostendit nomen supernum. et per duas aras in numero pari ostē  
dit nomen infernum **Pocula bina .i. statuam duo vasa plena lacte no**  
no ad sacrificandū quotannis .i. singulis annis **Cras herasqz duos .i.**

est duo vasa plena oleo ad infundendum super sacrificium. Et multo  
in primis. id est ego letificans conuiuia in primis cum multo baccho fun-  
dam vina aruisia. scilicet nectar nouum et dulce mustum ante focum in hye-  
me et sub umbra in estate. Et est aruisium promontorium in Italia ubi sunt  
optima vina. Cantabunt mihi. id est post potum erunt ibi pastores leti-  
scilicet Dametas et Egon lycius. id est cretensis qui cantabunt mihi car-  
mina quia vinum letificat cor hominis. Saltantes satyros. id est ibi erit  
Alpheibœus pastor qui saltabit sicut satyri dei camporum. unde licitum  
et religiosum est saltare in sacrificiis ad ostendendum quod quilibet pars  
corporis sentit in se leticiam sacrificii et gaudium anime redandat in cor-  
pus. Hec tibi semper erunt. id est non sufficiet nobis semel sacrificare  
immo perseuerabimus quolibet anno quando lustrabimus agros sicut  
prius dictum est. Lum faciam vitula. et etiam in festo nympharum  
Dum iuga montis aper. id est quod diu manebit rerum natura sacrificabi-  
mus tibi. sicut alibi dicitur. In freta dum fluij current. et dum pisces a-  
mabunt fluuios et apes amabunt thymum et cicadę rorem. Et bac-  
cho cereri. id est sicut agricolę maxime colunt illa duo numina. scilicet bac-  
chum et cererem quia sunt necessaria vite. sic etiam sacrificabunt tibi quo-  
rannis. id est omnibus annis. Damnabis tu quoque votis. id est munera  
sumpta ligant et obligant et condemnant vel iudicant hominem esse ob-  
noxium datorum. Dicit ergo o daphni nos sacrificabimus tibi et tu dabis  
multa bona quare erimus tibi obnoxij et obligati. *Prop.*

**Quę tibi quę tali reddam pro carmine dona  
Nam neq; metantum venientis sibulus austri  
Nec percussa iuuant fluctu tam littoza: nec quę  
Saxosas inter decurrunt flumina valles**

Construe sic. Quę dona. id est munera o menalca reddam. id est dabo  
tibi pro tali carmine nam neq; sibulus. id est flatus austri. id est illius ve-  
ti venientis. id est spiriantis non me delectat tantum sicut carmina tua ne-  
q; littoza id est ripę percussa id est mora fluctu. id est vndis. tantum me iu-  
uant. id est delectant nec flumina quę decurrunt. id est fluunt inter valles  
saxosas. id est plenas saxi tantum me delectant. Quę tibi. Hic Prop-  
sus laudat Menalcam quia ipse optime cantauit. et in isto dicto est solli-  
citus quo munere donabit eum quia carmen suum est sibi tam iocundum  
quod iocundus est sibulus venti australis in calore solis vel sonitus aque de-  
currentis per valle s saxosas *De.*

**Hac te nos fragili donabimus antecicuta  
Hęc nos formosum cor ydon ardebat alexim  
Hęc eadem: docuit cuium pecus an melibgi**

Construe. Nos donabimus te mopsium cicuta hac. id est ista phystula  
fragili. id est molli et hęc scilicet phystula docuit nos illam eglogam quę  
incipit. Formosum pastor cor ydon ardebat alexim. Et docuit nos ali-  
am eglogam. i. Dic mihi damera cuium. etc. Hac te nos fragili do. etc.  
Hic menalcas tanq; liberalis pastor preoccupat donum. quia qui cito

**E i**

dat bis dat. z dat Dopsio vnam phystulam factam ex fragili cicuta cū  
qua cantauit illas eglogas. Formosum pastor. z dic mihi Dameta. z est  
donum pastorale. De.

At tu sume pedum (quod me cum sepe rogaret  
Montulit antigenes) z erat tum dignus amari  
Formosum paribus nobis. atq; gre menalca

Construe sic. o Menalca sume. i. accipe pedum baculum curuū quod  
pedum Antigenes. i. ille pastor non tulit. id ē non habuit cuz rogaret me  
sepe et ipse antigenes erat tum. id ē tunc dignus amari. dico ergo pedum  
formosum. id ē pulchrum nodis paribus. id ē equalibus. gre. id ē clauis  
An tu sume pedum id ē baculum ad retinendum pecudes per pedem qd  
pedum ipse nunq; voluit dare Antigene pastori. qui tamen erat iuuenis  
z dignus amari quod pedum est nodosum sed ē politum z in quolibet no  
do est vnus clauis greus ad ornatum baculi. Ideo dicit Formosum pari  
bus nodis atq; gre.

Poeta Sileni cantilenam recitat ad Varrum de vita  
Epicurea z mundi ortu. Egloga sexta

Rima syracusio dignata est ludere versu  
Nostra nec erubuit siluas habitare thalia  
Lum canerem reges vel prelia cynthius aurem  
Uellit. z ammonuit pastorem tityre pingues  
Pascere oportet oues. deductum dicere carmen  
Punc ego. namq; super tibi erunt qui dicere laudes  
Varre tuas cupiant vel tristia condere bella  
Agrestem tenui meditabor harundine musam  
Non iniusta cano. si quis tamen hec quoq; si quis  
Laptus amore leget. te nostrę verre mirice  
Te nemo omne canet. nec phebo gratior vlla est  
Quam si que varri prescripsit pagina nomen  
Pergite pierides chromis z minasylus in antro  
Silenum pueri somno videre iacentem  
Inflatum hesternis venas (vt semper) iaccho  
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant  
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa  
Aggressi (nam sepe senex spe carminis ambos  
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula fertis  
Addit se sociam timidisq; superuenit eggle  
Aegle naiadum pulcherrima. iamq; videnti  
Sanguineis frontem moris z tempora pingit

Ille dolum rēdens quo vincula nectitis inquit  
Soluite me pueri. satis est potuisse videri  
Carmina que vultis cognoscite. carmina vobis  
Duc aliud. mercedis erit simul incipit ipse  
Tum vero in numerum faunosque ferasque videres  
Ludere. tum rigidas motare cacumina quercus  
Hectantum phebō gaudet parnasia rupes  
Hectantum rhodope miratur ismarus orphea  
Quantum omnis mundus gaudet cantante sileno  
Namque canebat uti magnum per inane coacta  
Semina terrarumque. animaque. marisque fuissent  
Et liquidi simul ignis. ut his exordia primis  
Omnia. et ipse tener mundi concreuerit orbis  
Tum durare solum. et discludere nereā ponto  
Esperit. et rerum paulatim sumere formas  
Jamque nouum terre stupeant lucescere solem  
Altius. atque cadant summotis nubibus imbres  
Incipiant silue cum primum surgere. cumque  
Rara per ignotos errent animalia montes  
Hinc lapides pyrhe iactos saturnia regna  
Hinc hominum quoddam genus et primordia rerum  
Laucaseaque refert volucres. furtum promethei  
His adiungit hylam nauē quo fonte relictum  
Clamassent. et lictus hyla hyla omne sonaret.  
Et fortunatam (si nunquam armenta fuissent)  
Pasiphen niuei solatur amore iuueni  
Ah virgo infelix que te demencia cepit  
Pretides implerunt falsis mugitibus agros  
Et non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est  
Concubitus. quamuis collo timuisset aratrum  
Et sepe in leui quesisset cornua fronte  
Ah virgo infelix tu nunc in montibus erras  
Ille latus niueum molli fultus hyacintho  
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas  
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite nymphę  
Dicte nymphę nemorum iam claudite saltus  
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris

Errabunda bouis vestigia: forsitan illum  
 Aut herba captum viridi: aut armenta sequutum  
 Berducunt aliquę stabula ad cortymia vacce  
 Tum canit hesperidum miratam mala puellam  
 Tum phętoniadas musco circumdat amare  
 Corticis: atq; solo proceras erigit alnos  
 Tum canit errantem parmessi ad flumina gallum  
 Bonas in montes vt dixerit vna sororum  
 Utq; viro phebi chorus assurrexerit omnis  
 Ut linus hęc illi diuino carmine pastor  
 Floribus atq; apio crines ornatus amaro  
 Dixerit: hos tibi dant calamos (en accipe) muse  
 Ascree quos anteseni: quibus ille solebat  
 Cantando rigidas deducere montibus ornos  
 His tibi grynci nemoris dicatur origo  
 Ne quis sit lucus: quo se plus iactet apollo  
 Quid loquar: aut scyllam nysi: quam fama secuta est  
 Candida succinctam latrantibus iguina monstri  
 Dulichias verasse rates. z gurgite in alto  
 Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis  
 Aut vt mutatos teri narrauerit artus  
 Quas ibi philomena dapes: quę dona parant  
 Quo cursu deserta petinerit. z quibus ante  
 Infelix sua tecta super uolita uerit alis  
 Omnia quę phebo quondam meditante beatus  
 Audijt eurotas: iussitq; ediscere lauros  
 Ille canit: pulse referunt ad sidera valles  
 Logere donec oues stabulis: numerumq; referre  
 Iussit. inuito processit vesper olimpo

Construe sic. Thalia. id est illa musa. prima. id est principalis. digna  
 ta est. id est voluit ludere. id est cantare. versu syracusio. id est versu buco-  
 lico. et ipsa thalia non erubuit. id est non puduit eam habitare. id est fre-  
 quentare siluas. id est nemora. et cum canerem reges. id est cum describe-  
 rem facta regum et prelia. id est bella. Apollo cynthius. id est in illo mon-  
 te natus vellit. id est amouit aurem. et ipse admonuit. id est docuit pasto-  
 rem. id est me virgilium dicendo. o Tityre. id est o Virgili oportet pasce-  
 re oues pingues. id est dicere carmen bucolicum et oportet dicere carmen  
 deductum. id est bene digestum et ego Virgilius meditabor. id est cogi-  
 tabo musam agrestem. id est carmen bucolicum harundini tenui. i. phęstu-  
 la dulci nam aliqui super erunt tibi. id est superabundabunt qui cupiat

scilicet o varre dicete. id est describere tuas laudes et qui cupiant condere. id  
 est narrare tristia bella id est prelia dura. Et ego non cano iniussa si quis ta-  
 men sit captus amore. id est leticia leget carmina tua et laudes tuas. et o ver-  
 re nostre mirice. id est ille arbores et nemus omne. i. silua canet te. i. lauda-  
 bit tua facta. et nulla pagina. i. charta est gratior. i. delectabilior phoebo quam  
 illa pagina que prescripsit nomen. i. laudes ipsius varri o pierides o muse p-  
 gite. i. carate chromis. i. ille iuuenis et Dnasilus. i. alius iuueis videre. i.  
 viderunt silentium. i. illum pedagogum bachi iacentem. i. quiescentem som-  
 no. id est propter somnum inflatum venas. i. plenum venas iacho. i. bacho he-  
 sterno. i. hesterna die sumpto ut se solet et ferta. i. coronę iacebant. i. erant  
 delapsa. i. remota capiti. i. a capite procul. i. longez cantharus. i. illud vas  
 grauis. i. ponderosum pendebat. i. pensus erat ansa attrita. i. fracta et ipsi  
 pueri aggressi sunt et iniiciunt. i. adiungunt vincula ex ipsis sertis. i. corois  
 quia ille senex. i. silenus luserat. i. deriserat illos ambos pueros spe carnis  
 .i. sperando carmina ab illo et Egle. i. illa puella addit. i. adiungit se sociam  
 Timidis. i. illis pueris timentibus egle. i. illa dea pulcherrima naiadum  
 id est nympharum fontium pingit. i. maculat videnti. i. sileno frontem mo-  
 ris sanguineis. i. illis fructibus rubeis et pingit tpa. i. illas partes capitis  
 ille. i. silenus ridens. i. deridens dolum. i. fraudez inquit. i. dixit quo. i. prop-  
 ter quid necitit. i. colligitit vincula. i. ligamina o pueri soluite. i. dissolui-  
 te me satis est me potuisse videri a vobis et cognoscite. i. eligite o pueri illa  
 carmina que vultis et carmina erunt vobis pro mercede et aliud mercedis  
 id est alia merces erit huic scilicet egle et ipse silenus incipit cantare simul id  
 est pariter tum. id est quando silenus inceperit cantare videres. id est videre po-  
 tuisses faunos. id est deos siluestres et feras. id est animalia siluestria ludere. i.  
 saltare in numerum. i. fm armoniam cantus et tum videres quercus rigi-  
 das. id est asperas et frondes motare. id est frequenter mouere cacumina et ru-  
 pes pnafi. i. mons thessalię non tñm gaudet phoebo. i. illi deo et ismarus et  
 rhodope. id est illi montes thracię non mirantur. i. admirantur orphoea. id  
 est orphoeum cantantem quatum omnis mundus gaudet. i. letatur sileno ca-  
 tante et ipse silenus canebat uti. i. sicut semina terrarum et animę. i. aeris et  
 maris. i. aque et ignis liquidi. i. puri fuisset coacta. i. collecta p inane mag-  
 num. i. p magnum aerem vacuum et ipse canebat uti. i. sicut omnia exordi-  
 a fuerint ex his primis scz seminibus et uti. i. qualiter ipse orbis. i. mūdus  
 concreuerit. i. simul creuerit ex his primis seminibus et canebat sicut solū  
 id est terra coeperit durare. i. fieri dura et canebat quō orbis coeperit disclu-  
 dere. i. in diuersas partes claudere. Herea. id est deum marinum Pontho.  
 id est mari Et canebat qualiter orbis coeperit paulatim sumere formas. id  
 est figuras rerum. et canebat sicut terre stupeant. id est mirantur solem lucif-  
 cere. id est lucem emittere nouum. id est insolitum. et ipse canebat sicut hym-  
 bres. id est pluuie cadant. id est decidant altius. id est ab ethere su immotis nu-  
 bibus. id est eleuatis nubibus altum et ipse canebat sicut silue. id est nemora  
 incipiant surgere. id est crescere primum. id est a principio et ipse canebat cūqz  
 id est quo tempore animalia rara. id est pauca animalia errant. id est vagan-  
 tur per montes ignotos. id est incognitos et ipse refert. id est canit lapides  
 pyrę illius mulieris iactos. id est proiectos post se. Et canit Saturnia  
 regna. id est diluuium ipsius saturni. et ipse canit hinc. id est post hoc quod

Eiij



dam genus hominum. id est origine humane nature et primordia. i. incicia rex. id est  
vni omnes res ortu duxerunt et ipse refert. i. narrat. volucres. id est aues cau  
cafeas. id est a caucaso monte dictas et ipse refert fructum pmerhei. i. illius  
astrologi et ipse silenus adiungit hylam. id est illu puez relictu. id est submer  
sam in fonte quo. id est in quo fonte nautę. id est nauigates clamassent. id  
est clamando vocassent ita vt omne litrus sonaret. i. resonaret illas vo  
ces deiectas sez hyla hyla et ipse silenus solat. id est consolat pasiphen. id est  
prozem mynois regis amore iuueni. i. propter amorem vnius tauri for  
tunatam. id est felicem si nunq; armenta. i. tauri fuissent. et ipse sic canebat  
ah pgo. i. o mulier infelix. i. misera q; dementia. i. stulticia cepit. i. decepte  
te nam pcrides. i. ille filie impleuerunt. i. repleverunt agros falsis mugiti  
bus. i. falsis vocib; tñ nulla eaz secuta est tam turpes pcurbitus. i. tam ma  
la connubia pecudum. i. tauro p quauis ille timuissent aratz. i. iugū collo  
i. in collo et quis ipse q; sissent. i. q; sissent cornua in fronte leui. i. plana frō  
te et ipse silenus canebat ista verba. Ah pgo infelix. i. misera tu nunc er  
ras. i. vagaris in montib; et ille. i. taurus suffultus latus niueum. i. habes  
latus niueum. i. candiduz in hyacintho. i. illa herba ruminat. id est digerit  
herbas palleres. i. pallidas sub ilice. i. illa arboze nigra. i. ymbrosa aut. i.  
vel ille taurus sequitur aliquam. i. vaccam in magno grege. i. in magno ar  
mento bouum et vos nymphy dicteę. i. creteses claudite. i. claudatis saltus  
id est saltationes nemo p. i. silua p si qua vestigia bouis. i. tauri errabunda  
ferant sese. i. veniant obuia. i. facta in obuiam nostris oculis forsitan aliq;  
vaceę pducant. i. ducant illum taurum captu amore vnius vacę in her  
ba viridi aut secutum armeta. i. alios boues pducant inq; ad stabula cor  
ethinia. i. cretensia et ipse silenus canit puellam sez Arhlantam mirata. i.  
q; mirata est mala. i. poma hespidum. id est poma aurea. et ipse silenus ctt  
cundat. i. narrat phetontidas. i. sorores phetontis esse mutatas musco.  
id est in muscu corticis amare. i. acerbe et ipse silenus erigit. id est eleuat al  
nos. id est arbozes pceras. i. altissimas solo. i. a terra Et silenus canit vt. i.  
quemadmodu vna soroz. i. vna musa p duxerit in montes aonas. i. in mō  
tes parnasi Gallu. i. illu poetā errantē ad flumina. id est aquas pmissi. i. il  
lius fluuū et silenus canit vt ois chorus id est ois ppls phcebi id est illius di  
assurrexit. i. honorē fecerit viro Gallo et silenus canit vt linus id est ille pas  
tor ornatus crines id est habes crines ornatos apio id est illo flore amaro et  
ornatus floribus dixerit. id est prulerit diuino carmine hec pba sequētia il  
li sez Gallo O galle musę. id est nymphy dant tibi hos calamos id est istas  
phystylas tu accipe illos quos calamos musę dederunt añ poetę supple  
Ascreo id est de illa ciuitate sez hesiodo seni id est antiquo quib; calamis ille  
Lynus vel hesiodus solebat deducere id est deorsum ducere ornos rigidas  
id est illas arbozes duras cantando id est modulādo illis calamis et o Valle  
dicatur id est canat origo id est principiu nemoris Bryngi id est silue dedicate.  
Apollini ne quis sit lucus id est ne aliqd sit nemus quo id est de quo Apollo  
iactet se id est aplius qd loquar id est qd debeo dicere aut loquar id est canam  
Scyllam. id est filia Hysi id est illius regis quam sez Scyllā succintaz. id est  
circundatam inguina candida. id est illas partes candidas monstris mari  
nis. id est canib; marinis Fama secuta est. id est de qua dicitur ipsam vexasse.  
id est perlasse rates dulichias. id est naues ylixis quam fama secuta est lace

raffe gurgite. id est in mari alto. id est profundo nautas. id est nauigantes  
 timidos canibus marinis. id est illis monstris. Aut quid ego loquar. id  
 est dicam ut Silenus narrauerit artus. id est membra. Theri. id est regis  
 theri mutatos. id est variata propter dapes. quas dapes. id est que cibaria et  
 que dona. Philomena. id est vxor sua pararit. id est parauerit illi thereoz sile  
 nus canit quo cursu. id est qua velocitate ille Thereus petiuerit deserta.  
 id est loca et quibus alis. id est cum quibus alis ille thereus infelix. id est mi  
 ser volitauerit sup tecta sua et ille scz silenus canit. id est narrat oia que.  
 Eurotas id est ille fluuius que beatus. id est felix audijt. id est audiuit Phoe  
 bo quondam meditante. id est canente et canit omnia que eurotas supple  
 iussit suos lauros. id est illas arbores ediscere. id est comprehendere et val  
 les pulse. id est percussę referunt illa dicta a sileno ad sidera et ipse Sile  
 nus canebat donec vesper iussit. id est precepit cogere. id est includere oues  
 stabuliu et donec iussit referre numerum. id est reducere numerum et cane  
 bat donec vesper processit. id est venit olimpo. id est ab illo monte inuito  
 id est nolente quia ille mons libenter audiebat armoniam cantus ipsius  
 Sileni. Prima syracusio Titulus huius Eglogę est faunorum satyro  
 rum silenoz delectatio. et sunt Fauni dij pastorum satyri vero sunt par  
 ui dij reprehensores sileni dij incubi. Vitam eglogam fecit Virgilius p  
 rincipaliter ad laudem Terri amici sui et sepe fuit decantata in cytharis qz  
 delectabilis est et iocosa. Et primo excusat se virgilius quia sub stilo bu  
 colico decantat laudes varri. Possit em reprehendi eo q non est vsus sti  
 lo grandiloquo dicit igitur q no est rephendendus stilius bucolicus quia  
 talis patria et principalis musa dignata est ludere vel cantare versu cyra  
 cussio. id est musa sicula locuta est per Theocritum poetam qui erat de sy  
 racusa ciuitate et est syracussius deriuatio gręca quia latine dicitur syracu  
 sanus. Iste enim theocritus fecit bucolica et ipsum infecutus est virgili  
 us in hoc opere bucolico quod intelligitur nunc p siluas et nemora. Lum  
 canerem. id est quando pponerem scribere eneidem et gesta regum roma  
 norum apollo cynthius diuertit aurem meam a carmine heroico. Et dicit  
 notanter apollo. quia ipse est deus carminum. Et dicitur cynthius a mon  
 te cyntho vbi colit vbi nutritus fuit atęq esset deificatus. Per hoc vult  
 dicere q quādo volebat scribere eneidem Octavianus iussit eum scribere  
 bucolica et iocosa carmina. Admonuit pastorem. id est dixit virgilio. Ti  
 tyre oportet pascere pingues oues. id est dicere carmen bucolicū deductuz  
 id est bene degestū et subtile et est translatio sumpta a lana bene carpinata q  
 deducendo subtiliatur. Nunc ego. Ponit aliā excusatiōem qz multi a  
 lij erunt q dicent laudes et plia Varri q obrinuit cōtra germanos et acq  
 fuit magnā gloriā et pecuniā maximā qui varrus procurauit Virgilio  
 q plurimos honores et fauores apud cesarem. Non iniussa cano. Po  
 nit aliā excusationem qz ex pcepto cesaris vtitur stilo bucolico. Si q  
 tū. id est quis iste stilius non sit grādiloquus sed bucolicus et humilis si  
 cut murica est arbutum humile tū in eo videbuntur laudes varri.  
 Nec phæbo. id est nullū carmen est delectabilius cesari q illud qd est inti  
 tularum de Varro. Et est alia excusatio. Cesar multum dilexit varruz  
 et libenter audiuit carmina de eo facta. siue bucolice siue altero quocun  
 q modo scripta. Pergite pierides. Hic virgilius vocat pierides

E iij

id est musas que sunt in monte pyreneo ut canter et dicant illa que silenus dixit  
pueris et ponit hic nomina pueroz quoz vnus vocabatur Lhromis et alius  
mnasylus que secum habebant vnam puellam sociam et Nympham que voca-  
batur Egle isti tres petebant carmen a sileno poeta vel deo incubo Et  
est notandum que varrus et virgilius studuerunt sectam epicuri phi sub Si-  
rone doctore ideo propter viciniam vocabuloz per silenum intelligit syro-  
nem loquentem et per Lhromin et mnasylum intelligit se et varrum et adiu-  
git puellam ad ostendendum sectam epicuream que posuit felicitatem in  
delectationibus corporeis Et quidam ibi habent scriptum truncatum Lhro-  
mis mnasylus egle sed non est verus inimo quidam titulos continens no-  
mina personarum sequentium Silenum pueri id est isti pueri predicti scilicet  
Varrus et virgilius viderunt silenum id est syronem magistrum suum iacentem  
in antro Et describit hic virgilius vnum hominem ebrium et epicurei enim po-  
nebant felicitatem in delectatione ciborum et venereorum ut dictum est di-  
xit ergo que ille magister tantum potauerat que dormiebat in antro quia ceci-  
derat in foueam et tam alte leuauerat nasum suum in potando que sertum  
suum id est laurea magistralis ceciderat a capite et Lantharus id est gobele-  
tus vel vas aptum ad poculum ceciderat ex alia parte et habebat ansam at-  
tritam frequenti tractatione Aggressi nam sepe id est isti pueri sunt ag-  
gressi ad illum senem cum egle puella et quia ipse senex sepe promiserat eis  
carmina sed soluere recusabat ideo in se conspirauerunt ligare pedes et ma-  
nus eius et nunquam eum dissoluere donec daret eis promissa sepe carmina Ex-  
perunt igitur virgas ex quibus erat facta corona et ex illis virgis ligauerunt  
eum ut proposuerant Egle autem musa pulcherrima cepit moram et intinxit ei  
faciem Ille dolum ridens id est ille magister silenus videns se deceptum ri-  
dit nec verecundatus est quia secundum sectam epicuri non erat verecundum inebriari et  
de ad pueros quo vincula neccitis id est soluite me eodem iure quo ligastis  
quod pro dilectione debet vobis sufficere videlicet me ebrium et ligatum et hoc  
etiam dicit quod fauni nymphę et silenus non vident nisi quando volunt soluite er-  
go me et dabo vobis ambobus carmina que vultis scilicet socia vestra scilicet egle habebit  
aliam mercedem quam carmen scilicet stuprum quod virgilius dicit verecunde Simul incipit ip-  
se id est in his dictis silenus incipit dicere carmen quod sequitur Tum vero id est  
quando silenus incipit cantare tunc carmen suum erat tam suauiter et tam iucundum  
que omnia coreabant scilicet fere siluam montes et nemora Et dicit in numerum quia  
saltantes in coreis mouent secundum mensuram carnis et motare frequentat in  
de moueo moues Hec tamen phoebe id est mos pegasus ubi adoratur phoebe  
in thessalia non habuit tamen gaudium cantante ibidem phoebe quantum gaudium  
habuerunt motes et silue cantante sileno nec ismarus et rhodope motes thra-  
cie In quibus cantauit orpheus tamen gauisi sunt ex carmine orphei quantum ex  
carmine sileni Namque canebat Hic reddit carmen illius leticie quia cane-  
bat silenus quomodo mundus incipit et quomodo ex principijs constat omne quod est et quomodo semi-  
na reze fuerunt coacta per inane Unde de reze origines sic habet in phisicis Di-  
uersę fuerunt philosophorum opiniones que Anaxagoras dicebat omnia fieri ex igne et  
Thales milesius ex humore Ideo vocatur poeta Oceanum patrem Alij  
ex quattuor elementis sicut Empedocles Sed epicurei dicunt duo esse re-  
rum principia scilicet corpus et inane Dicunt etiam corpus esse Atho-  
mos id est paruas partes indiuisibiles que apparent in radijs solaribus po-

cauerunt inane illud spacium in quo sunt arthomi. Donatus etiam sa-  
piebat istam sectam quando dixit nomen significare corpus aut rem. quia  
corpus vocat rem sensibilem. rem vero vocat illud quod non sentitur. et quod  
omne quod est. aut est continens aut contentus. ideo ex istis duobus sunt  
quattuor elementa et ex elementis sunt mixta. ideo dicit quod ista duo sunt  
semina terrarum. Et animus. id est venti vel aeris ignis aquae. Vocat enim aere  
animam vel ventum aut spiritum. Liquidi. id est puri et postea totus orbis  
creuit ab istis. Lanebat etiam quomodo mundus incepit crescere et accipe  
re diuersas figuras. Jamque nouum. id est canebat quomodo sol incepit  
lucere et est luceo inchoatum de luceo luces. Altius atque cadant. id est  
canebat quomodo fiebat pluuia ex vapore aquoso eleuato sursum et cum  
frigiditate medietatis regionis aeris concreto et in guttas constricto quae a sua  
pluralitate dicuntur pluuia. Rara per ignotos. id est canebat quomodo  
animalia inceperunt discurrere per montes nouos et ignotos. Hinc la-  
pides. Hic tangit fabulam de origine mundi quam late ponit Ouidius in  
primo metamorphoseos. loquitur enim hic ad pueros praedictos. pueri autem de  
lectantur in fabulis. fabulae etiam in parte inuentae sunt ad delectationem.  
Illa autem fabula dicit quod post diluuium pyrtha et deucalion remanserunt  
soli. sed a phoebo habuerunt oraculum seu responsum ore prolatus quod mu-  
lier proiceret post se lapides. et similiter vir. et ex lapidibus mulieris debe-  
bant nasci mulieres. et ex lapidibus viri nascituri. erant mares. Satur-  
nia regna. Hic mutat ordo fabulae. quod primum diluuium non fuit tempore Saur-  
ni sed tempore egidis regis thebanorum. Secundum vero diluuium fuit tempore deucali-  
onis et pyrthae. Laucas seque. id est silenus canebat quomodo in caucaso mon-  
te altissimo assyriorum. Mercurius deus eloquentiae. deus rationis  
deus prudentiae ligauerat ad petram prometheum cuius cor corrodebat aqua  
et causa huius fuit quod cum omnis ignis ex iouis institutione esset extinctus in ter-  
ris. Minerva dea sapientiae dedit consilium prometheo ut cum quadam facu-  
la furaretur ignem phoebi et ipsum dedit hominibus. ideo dum fuerunt irati et  
immiserunt mundo famem. per quam fictionem intelligit quod prometheus  
fuit prudentissimus astrologus. et primus docuit assyrios astrologiam. quam  
studuit in monte caucaso cum maxima sollicitudine et cura vigili quam intel-  
ligitur per aquilam. corrodentem cor. quod cura dicitur quasi cor vrens. Iste prome-  
theus consilio minervae furatus est ignem solis id est cognouit per rationes natu-  
rales quomodo generatur ignis in aere. et ostendit hominibus quomodo potest ignis ge-  
nerari in terris ex collisione duorum corporum solido et sicut in fusillo.  
Ubi irati dum miserunt famem in terram. quod ex visu ignis generatur famem. quam  
sepe bellatores incenderunt urbes et villas. et etiam si homines omnes vacarent ad fa-  
bricam auri et argenti totus mundus efficeretur sterilis et famelicus. His  
adiungit hylam. id est silenus adiunxit praedictis hystoriam hylem quam fuit quodam spe-  
ciosus puer quem amauit hercules qui iuxta misiam ciuitatem quam vadabat e-  
quos submersus est. quem fecit queri hercules per nautas clamantes et altis  
vobis dicentes. Hyla hyla. et non est inuentus locus eius. Et fortunatam  
id est canebat etiam silenus de Pasiphae uxore regis minoys quam concubuit cum  
tauro contra quam exclamat. quod turpissime amauit dicit. Ah virgo infex-  
lix. Et est ah interiectio fremoris sicut sy vel poe. Pasiphaen autem meretri-  
cem vocat virginem non a virtute sed ab etatis viriditate. Degetides imple

runt. Iste p̄tides fuerunt filie P̄t̄ et Anthiope que filie arroganter  
presumpserunt dicere se esse iunoni pulciores. quare Juno indignata im  
misit in eas talem fantasiam q̄ semper putabant se esse vaccas. creden  
tes se habere cornua et timentes aratra. Nulla tamen earum commisit  
tam turpe connubium sicut facit Pasiphe. et in hoc vituperat eam plus  
q̄ p̄tides. Et capitur ibi leui pro plano et habet primam longam. Iux  
ta illud. Pro plano leui. pro leuitate leui. et est vltima de p̄tides breuis  
more grecorum. sicut in primo eneidus. Ah virgo infelix. Exclamat  
iterum contra eius infortunium vocans eam virginem sicut prius dicens  
tu virgo infelix erras et vagaris nunc in montibus. et taurus amicus tu  
us tuus iuxta te cubans super lacus in herba molli. scz hyacintho vel alia  
herba ruminat herbas virides. vel forte sequitur aliquam vaccam in ali  
quo grege in silua cortines in qua cortine fuerunt aliquando stabula ar  
mentorum. Et non dicit q̄ ille taurus sequatur aliquam vaccam in nemo  
re gnosis. quia Dynos maritus Pasiphes ibi regnabat. ideo thaurus  
non audebat illuc accedere. Et in his videtur pasiphes sperare liberari a  
tauro et ipsum dimittere quadiu ruminat et quando sequitur alia armen  
ta. ideo precatur Nymphas p̄dictas vt claudant tauro saltus nemorum  
scz introitus vel exitus eorum. Et dicuntur silue saltus. quia ibi saluunt  
animalia siluestria Rumen est pars gutturis ad quam animalia mittunt  
iterum herbas quas prius gulose sumpserunt. et ruminare est herbas sic  
digerere Tum canit hesperiodum Filie athlantis vocat̄ fuerunt he  
sperides. quia regnauerunt in hesperia. inter quas fuit vna nomine Ath  
lantis cursu potissima que interfecit multos maritos quos currendo supe  
rauit. sed Ipmenes eam deuicit in cursu in virtute pomorum que sibi de  
dit venus. vt latius habetur super tercio eneidus Silenus ergo canebat  
istam hystoriam scilicet quomodo Athlanta mirabatur illa poma.  
Tum phetontiadadas. id est Silenus canebat quomodo filie solis desle  
bant mortem Pherontis fratris sui. et mutatae sunt in alium arborem vel  
in populum. vt habetur decimo eneidus Tum canit errantem. id est si  
lenus canebat quomodo Gallus poeta fuit effectus poeta et diuinator.  
Unde gallus semel ambulabat iuxta parmesium fluuium Boetie grece  
regionis qui parmesius habet multa brachia. ideo dicit Parmessi ad flu  
mina. Et tunc assumpsit eum quedam nymp̄ha in motes aonas vel aonos  
et est aonas accusatiuus grecus et possessiuus. et in illis montibus Linus  
filius Apollinis dedit sibi coronam magistralem et calamos musicales.  
quos prius dederat cuidam antiquo poet̄e de Esera ciuitate scz Euphor  
oni qui fecit quedam carmina de certamine calcantis. et Mopsi in grineo  
nemore de pericia diuinandi. sed mopsus obtinuit qui melius diuinavit  
de paritate vel imparitate pomorum cuiusdam arboris. et ex dolore con  
fusus calcas interijt. sed Gallus de quo est hic sermo transtulit in latinus  
carmina illius Euphorionis ciuis Ascrei. qui euphorion carmine letifica  
bat ornos et alias arbores Quid loquar an scallaz? Due fuerunt. Scil  
icet vna fuit filia Nysi et alia phorci. sed poetice hic accipitur vnum pro a  
lio. scz scilla nysi p̄ scilla phorci sicut in georgicis. domitus pollucis habe  
nis. i. castoris qui fuit domitor equorum. Scilla em̄ filia Nysi non fuit mu  
tata in monstrum marinum. sed filia phorci. Scilla autem filia nisi regis

megarensium mutata fuit in alaudam. 2 pater suus in nyfus auem sui no-  
 minis. de qua scilla sic mutata. 2 de patre suo solet dici. Non est tuta nisi  
 sine nyfo filia nyfi. quia nyfus semper prosequitur scillam. i. alaudam. 2 scil-  
 la nyfi est regimen supplementi sicut Valida samisonis. Quam fama se-  
 cuta est. id est fama dicit illam versasse 2 infesta sienaues vlyxis redeuntis  
 a bello troyano. 2 est dulichius adiectiuum possessiuum regionis in qua  
 regnabat vlyxes. Aut vt mutatos. id est silenus canebat quomodo ma-  
 bra thesi regis thraciz fuerunt mutata 2 turbata propter Dapes quas  
 sua vxor dedit sibi comedendas. Et capitur nomen pro nomine sicut pri-  
 us scz Philomena pro progne sorore sua. Unde thereus duxit progne-  
 in vxorem suam que erat filia Pandionis regis Athenarum. que rogauit  
 maritum suum. vt iret athenas 2 adduceret sibi suam sororem videndam.  
 scz Philomenam quam cum Thereus adduceret violauit eam in via. 2 ne  
 ipsa eum accusaret in via abscidit ei linguam. dimisitq; eam in nemore. ip-  
 sa tamen de proprio cruore scripsit in veste quam misit suz sorori quicquid si-  
 bi contigerat vel melius scripsit acu in tapetis. Que cum percepisset sce-  
 lus patrum accepit Ithim filium suum de Thereo. quem interfectus  
 et bene coctum dedit patri suo comedendum. Cui patri instantissime que-  
 renti vbi erat Ithis. mater respondit. Quod petis intus habes. id est fili-  
 us tuus est in ventre tuo. Quo audito pre desperatione thereus fugit in so-  
 litudinem tanq; furiosus. Igitur isti quattuor mutati sunt in aues. scilicet  
 thereus in hupupam fedam auem. Ithis in phasianum volucrem co-  
 mestibilem. Progne in hyrundinem auem instabilem. 2 Philomena in  
 lucinam auem canoram. Et sic patet q; philomena accipitur in textu. pro  
 progne sorore sua vel pro seipsa. quia ipsa fuit occasio dandi illis dapes.

Omnia que phoebo. id est silenus canebat omnia carmina. que phoe-  
 bus cantauit in Eurota flumio laconum qui erat phoebo consecratus. iu-  
 xta quem sunt lauri plurimeq; arbores phoebi quas docebat phoebus sua  
 carmina. Ille canit. scz quando silenus canebat. valles resonabant  
 vsq; ad coelum. hyperbolice loquendo. Logere donec oues. i. canebat vs-  
 q; ad vesperam. sed solei quasi inuitus tendebat ad occasum propter delecta-  
 tionem quam habebat in illo canen.

**Interloquutores Delibcus Corydon Thirsis**

**Egloga septima**

**Delibcus**

**Dixte sub arguta considerat ilice daphnis**

**Lopulerantq; greges corydon 2 thirsis in vnum**

**Thirsis oues. corydon distentas lacte capellas**

**Ambo florentes etatibus. arcades ambo**

**Et cantare pares. 2 respondere parati**

**Hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos**

**Vir gregis ipse caper deerrauerat. atq; ego daphnim**

**Aspici o. ille vbi me contra videt ocus inquit**

**Huc ades melibee. caper tibi saluus 2 hedi**

**Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra**

Huc ipsi potum venient per prata iuuenti  
 Hic viridis tenera preterit harundine ripas  
 Myntius: eque sacra resonant examina quercu  
 Quid facerem: neque ego alcipem nec phyllida habebam  
 Depulso a lacte domi que clauderet agnos  
 Et certamen erat corydon cum thirsidae magnum  
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo  
 Alternis igitur contendere versibus ambo  
 Lepere. alternos muse meminisse volebant  
 Nos corydon: illos referebat in ordine thirsidae

Construe sic. Daphnis. id est ille pastor. considerat. i. susterat. forte. id est a casu. sub ilice. sub illa arboze. arguta. i. sonora et Corydon et Thirsidae illi duo pastores. compulerant. i. congregauerant. greges. i. armenta in vnu et thirsidae. i. ille pastor compulerat oues. et Corydon compulerat. capellas. id est capras distentas. id est plenas lacte. et ambo scilicet Corydon et Thirsidae erant florentes et atibus. i. iuuenes et ambo erant Arcades. i. pastores arcadie. et ambo erant pares. id est equales. cantare. id est ad cantandum. et ambo erant parati respondere hic. id est in isto loco dum defendo. id est prohibeo. Myrthos. id est illas arbozes. teneras. id est molles. a frigore. id est frigiditate. caper vir. id est masculus. gregis. id est armenti. deerrauerat. id est deuiauerat. et ego aspicio illum daphnim pastorem. et vbi. id est postquam ille daphnis videt. i. aspicit. contra. i. contrario. ipse inquit. id est ait. O Meliboee ades huc. id est veni huc. ocius. id est citius caper est saluus tibi. et hedi. i. capri sunt salui. et si potes cessare aliqd. i. dimittere labores requiesce sub umbra. et iuuenti id est ipsi boues venient huc potum. id est ad potandum. per prata. id est per agros. et myntius. id est ille fluuius. preterit. id est cooperuit. ripas virides harundine. id est calamo. tenera. id est recenti. et examina. id est apum congregationes. resonant. id est murmur faciunt. quercu sacra. id est de illa arboze consecrata. Quid facerem in isto loco: quia ego non habebam alcipem. id est illam puellam. neque phyllida. id est amantissimam illam. que clauderet. id est includeret. agnos depulso a lacte. id est ab uberibus matris. et corydon erat. id est habebat. magnum certamen. id est magnum iurgium. cum Thirsidae. id est cum illo pastore. et ego posthabui. id est postposui. mea seria. id est meas delectationes. ludo. id est ioco ambozum duorum. et ambo coepere. id est inceperunt. contendere. id est certare. versibus alternis. id est alternatim dictis. Et muse. id est deus. volebant. id est cupiebant. meminisse. id est memorasse versus alterius. et Corydon referebat. id est proferebat hos versus. et thirsidae referebat illos versus in ordine. id est per ordinem. Forte sub arguta. Huic epi-  
 gloge preponitur talis titulus meliboeus et Corydon thirsidae. tamen in textu pro meliboeo ponitur Daphnis et introducuntur duo pastores scilicet Thirsidae et Corydon qui certant inuicem. et vocant Daphnim. ut au-  
 diat eorum certamen. Et volunt aliqui intelligere per Daphnim cesare. et per corydonem Virgilium. et per thirsidam inimicos Virgilij. et vincuntur

sicut fuerit badius z meuius poete miser. dicitur ergo forte id est fortis /  
 tu z est abltus de fors alias no staret xpus. daphnis sedebat sub ilice ar /  
 boze. arguta. i. sonora resonati vl strideti. sed alibi argutu significat bre /  
 ue sicut in georgicis. argutuqz caput. p daphnim aut intelligit qdam diui /  
 nus poeta q fuit filius mercurij Copulerat. i. cōgregauerat in vnu. id ē /  
 simul. z est plepsis. Thirsis oues. i. thirsis compulerat oues z corydōn ca /  
 pras distentas lacte. id ē plenas qz plena ybera distenduntur Ambo flo /  
 rentes etatibus. i. iuuenes archades ambo. i. non fuerunt de archadia qz res /  
 agebat in mantua que nō ē in archadia sed archades. i. sapientes sicut si /  
 essent de archadia vbi fuerunt multi philosophi. Et cantare pares. id ē /  
 erant in scientijs equales z parati respondere Hic mihi. id ē quādo col /  
 ligebana myrthos teneras in estate pro ouibus ne corrūpantur a frigore /  
 hyemis Vir gregis. z capitur ibi vir abasiue. qz solum prinet homini /  
 sed tunc aspicio daphnim. z ipse me vocauit o melibœe. id ē o virgili quia /  
 nūc capitur melibœus pro virgilio Ades huc. id ē veni. quia non soluz ca /  
 per ē tibi saluus. immo z hedi. id ē patres mātuani z eozū filij quod daph /  
 nis certificabat tanq̄ diuinus poeta Et si qd id ē scio te esse virum labo /  
 riosum. tamen si potes cessare z quiescere a labore requiesce mecum sub ym /  
 bra Huc ipsi potum. id ē maneat hic qz locus ē delectabilis quia hic ē /  
 mntius circūdatus harūdine z herba viridi. z ē patria abundans melle. /  
 quia sunt examina id ē societates apum in quercu Quid facerem. Hic /  
 virgilius tacite excusat se non posse hic morari qz nō habet hic suā coniu /  
 gem sicut habent illi duo certatores q gubernarēt. agnos suos z maxime /  
 quia longū z magnū ē certamē Posthabui id ē postposui meā necessita /  
 tem qrendi capū ludo eoz id ē xpus eoz. qz dictū ē prius ludere q velles /  
 Alternis id ē musē volebant qz ego seruarem omnia dicta eozum His /  
 corydōn id ē corydōn incipiebat hos versus z thirsis respōdebat Cory.

**Nymphę noster amor libetrides: aut mihi carmen**  
**Quale meo codro concedite: proxima phœbi**  
**Versibus ille facit: aut si non possumus omnes**  
**Hic arguta sacra pendebat phystula pinu**

Construe. O nymphę libetrides id ē sic dicte existentes noster amor /  
 id ē nostre delicia. concedite id ē date mihi corydōni tale carmen quale de /  
 distis meo codro id ē illi poete. quia ille codrus facit carmina proxima id /  
 est similia versibus phœbi. id ē illius dei. aut si non possumus facere om /  
 nes versus similes phœbi versibus phystula arguta id ē sonora pende /  
 bit in pinu id ē in illa arboze. sacra id ē consecrata Nymphę noster a /  
 mor. Hic incipit corydōn z inuocat nymphas. quia vt dicit Varro nym /  
 phę z musę idem sunt. quia aque in motu suo faciunt musicam. z dicuntur /  
 libetrides a libetrio fonte vbi coluntur nymphę. orat ergo nymphas vt /  
 concedant sibi facere talia carmina qualia faciebat codrus qui faciebat /  
 versus similes versibus phœbi Aut si non possumus. quia postea di /  
 cet. non omnia possumus omnes. orat vt si non possit omnes versus face /  
 re similes versibus codri saltem pro sacrificiorum munere suspendet phy /  
 stulam suam ad pinum sacram que est arboz consecrata matri deozum.

**Thirsis.**



**Pastores hederæ crescentem ornate poetam  
Arcades: inuidia rumpantur vt ilia codro  
Aut si vltra placitum laudarit: bachare frontem  
Lingite ne vati noceat mala lingua futuro**

**Construe.** O pastores arcades. ornate. id est adornate me poetam cre-  
scentem. id est nascentem. hederæ. id est illa herba. vt ilia. id est viscera. rum-  
pantur. id est frangantur. inuidia. id est propter inuidiam. codro. id est illi  
poetæ. Aut si ille laudarit. id est laudauerit. vltra placitum. id est quam pla-  
ceat mihi. cingite. id est ornate. frontem. id est caput. bachare. id est illa her-  
ba. ne mala lingua noceat vati id est poetæ. futuro. id est mihi. qui sum fu-  
turus poeta. Pastores hederæ. Hic thirsis responder corydoni p quat-  
tuor versus et loquitur humiliter non dicens se poetam nisi solum incipi-  
entem. et sibi displicet quod iam corydon orauit fieri similis codro. id est corni-  
ficio in arte poetiæ. ideo orat pastores arcadiæ vt dent sibi coronas ex he-  
deræ ex qua coronabantur poetæ. quia semper viridis est sicut et carmina  
merentur eternitatem. Et petit illam coronam sibi dari vt codrus per in-  
uidiam crepetur medius. quia inuidus plus nocet sibi quam inuidioso. et quia  
inuidia est inter pares et inuidia respicit in alterum. ideo ostendit se maio-  
rem vel parem codro. Aut si vltra. id est si codrus derisorie laudauerit me  
ad vituperationem o pastores arcadiæ cingite frontem meam bachare. id  
est herba quæ valet contra fascinum. siue est espericon herba perforata vt  
herba sancti Iohannis quæ dicitur fuga demonum ne mala id est ne lingua  
inuida codri noceat mihi. **Corydono.**

**Setosi caput: hoc apri tibi delia paruus  
Et ramosa mycon viuacis cornua cerui  
Sipprium hoc fuerit leui de marmore tota  
Puniceo stabis suras euincta cothurno**

**Construe.** O delia. id est dyana. mycon. id est seruus tuus. paruus. id  
est iuuenis dabit tibi dono. caput apri setosi. id est habetis setas. et dabit tibi  
cornua ramosa. id est ramis plena. cerui viuacis. id est illius animalis diu  
uiuētis. et si hoc setis donum meum fuerit sipprium. id est si tibi placet. scilicet  
cerui stabis. id est eris tota de marmore leui. id est plano dico euincta. id est  
ornata. suras cothurno. id est illo calciamento. puniceo. id est rubeo colore  
tincto. **Setosi.** Hic loquitur corydono ad dyanam quattuor versibus  
dicens quod Mycon iuuenis pastor seruus et nepos suus dabit munera quæ  
est dea venatorum dabit enim sibi caput apri et cornua cerui viuacis. id  
est diu uiuentis. quia sicut dicit Plinius in hystoria naturali. Ceruus se-  
nex querit serpentem et ex respiratione anhelitus trahit eum de foramine  
et ipsum comedit et in illa comestione uiuiscit et resumit vigorem. Si  
proprium fuerit. id est si acceptum fuerit tibi mihi dare munus quod peto  
faciam tibi statuam de leui marmore. id est plano et terso et dabo tibi cali-  
gas puniceas. id est purpureas et cothurnus calciamentum vtriusque pedi ap-  
tium. ideo dicitur cothurno in singulari. et suras. id est tibias in plurali et p-  
tinebant poetis et venatoribus. **Thirsis.**

**Sinum lactis et hæc tibi liba priape quotannis**

**Expectare sat est: custos es pauperis horti  
Hunc te marmoreum pro tempore fecimus: an tu  
Si fetura gregem suppleuerit: aureus esto**

**Construe.** Priape id esto deus hortorum. sat ē expectare. id est satis expectasti. sinum lactis. id ē vas plenum lacte. et hęc liba. id ē hęc sacrificia. quotannis. id ē singulis annis. et tu es custos horti. i. agri pauperis et nos fecimus te marmoreum. i. imaginem tuam marmoream pro tempore. Si tamē fetura. i. nutrimentum vel partus. suppleuerit. i. augeat. gregem tu esto aureus. i. faciam tuam statuam auream. Sinus lactis. Hic thirsus facit votum priapo deo hortorum et dicit q̄ tpe sue paupertatis habebat eius imaginem marmoream in horto pauperes presentabat ei munera pua scz sinū lactis v̄l placentas q̄ in estate iocose comeduntur in hortis et v̄m aliquos sinū pro vase ē neutrius generis. sed pro vase ē prima longa. et p̄ gremio prima breuis. iuxta illud Replet manna sinum lactisq̄ coagula sinū. et ē ip̄ quartę declinationis. vt in sinu abrahe pro vase sinus ē vas in quo coagulat lac mulsum. Dicit ergo thirsus ad deū horti. o priape iā satis expectasti sinū lactis et liba. et fuisti horti custos pauperis. Sed si musc vellent mihi cōcedere quod postulo ego tibi faciam statuam auream scz si sim diues et si fetura. id ē nutrimentum a fouendo suppleat gregem id ē administret et augeat gregem.

Coridon

**Ferine galathea thimo mihi dulcior hyble  
Landidior cygnis: hedera formosior alba  
Lum primum pasti repetent presepia tauri  
Si qua tui cor ydonis habet te cura venito**

**Construe.** Galathea. id ē amica mea. nerine. id ē nereis filia. est dulcior. id ē suauior mihi cor ydoni. thimo. i. illa herba. hyble. i. illus oppidi. et galathea ē mihi candidior cygnis. i. illis aubus. et est formosior. id ē pulchrior. hedera. id ē illa herba. alba. id ē candida. et o galathea si qua cura. id est aliquis amor tui cor ydonis. id ē amatoris. habet te. id ē detineat. venito. id est veni ad eum. cum tauri. id ē illa animalia. pasti. id ē saturati. repetent. id ē querent vel redibunt ad presepia. id ē ad stabula sua. Ferine galathea. Hic loquitur cor ydon certando de pulcritudine amicę. et dicit q̄ nerine. i. galathea filia neneris est sibi dulcior q̄ sit heimus apibus in illo oppido vbi est abundantia thimi herbe quę diligunt apes et est nerine patronymicum grecum qz foemina patronymica terminantur in ne sicut nerine. aut in ias sicut pelias. aut in is sicut colchis. Landidior id est albius illa aue scilicet cygno et pulchrior q̄ hedera alba cuius lignum est pulchrius q̄ hedere nigre. Lum primum. Precatur cor ydon amicam suam nerinem vt veniat ad eum quando tauri erunt pasti saltem si habeat curā cor ydonis vel diligit eum.

Thirsus

**Inmo ego sar donis videar tibi amarior herbis  
Horridior rusco proiecta vilior alga  
Si mihi non hęc lux toto iam longior anno est.**

### **Redomum pasti (si quis pudor) ite iuenci**

**O** amica mea immo ego videar. id est videri possum. tibi. id est a te. a marioz herbis sardonis. id est de sardonis. et videar horridior. id est asperior. ruscio. id est illa herba amara. et videar tibi vilior. id est turpior. alga. id est illa herba. proiecta. id est contempta. Si hec lux. id est dies ista non est iam longior mihi toto anno. o iuenci pasti. id est saturati. ite domum si quis pudor vobis. id est si qua habetis verecundiam. Immo ego. Thirsus per contrarium loquitur de amica sua dicens quod ipse bene diligit eam sed non diligitur ab ea. immo ipse est amarior ei quam herbe sardonice. quia in sardonis sunt herbe similes aptastro. que mel faciunt amarissimum et contrahunt labra hominis edentis ac si vellet ridere. et interficiunt hominem ridendo. Et ruscus est herba amara et alga etiam quam projicit mare super littoza ex qua stercozantur agri. Si mihi non hec lux. ostendit se amare eam quia una dies est illi longior anno. Ite domum. Loquitur ad gregem ut redeat domum. quia pudor est tam diu morari in pascua. et hoc dicit. quia sperat quod quando venient iuenci de pascuis sicut prius dicit corydō cum primum pasti tunc veniet amica sua. **Lozodon**

### **Duscosi fontes. et somno mollior herba**

**Et que vos rara viridis tegit arbutus umbra**

**Solstitium pecori defendite: iam venit estas**

**Torrida: iam leto turgent in palmite gemme**

**Construe sic.** Vlos fontes muscosi. id est herba musco cooperta. et tu herba mollior. id est dulcior. somno et arbutus viridis. id est illa arbor que regie id est cooperit. vos fontes umbra rara. id est parua. defendite. id est prohibete. solstitium. id est calorem solis. pecori. id est gregi. quia estas. id est calor. torrida. id est vehemens. venit et gemme. id est botri. turgent. id est inflantur. in palmite leto. id est ramis vinearum. **Duscosi fontes.** Hic loquitur corydō et certat de alia delectatione temporis estiuu precando quod crescat herba que est mollis ad dormiendum et quod fontes sint muscosi id est herba cooperiat eos. et sint arbuta frondosa. orat ergo omnia ista sibi dari ut depellant solstitium. quod quoniam ista nascuntur recedit solstitium hyemale et accedit estas. **Thir.**

**Hic focus et tede pingues: hic plurimus ignis**

**Semper: et assidua postes fuligine nigri**

**Hic tantum boze curamus frigora: quantum**

**Aut numerum lupus: aut torrentia flumina ripas**

**Construe sic.** Focus. id est locus ignis. est hic. id est in patria mea semper et tede pingues. id est ille arbores grosse sunt semper hic. et plurimus ignis. id est est copiosus ignis est semper hic. id est in patria mea. et postes. id est pilularia domorum sunt facti nigri. id est nigra. fuligine. id est fumo. assidua. id est continuo. et nos curamus. id est timemus. tantum frigora boze. id est illius venti. quantum lupus timet numerum ouium et quantum flumina torrentia. id est aque abundantes timent ripas. id est littoza. **Hic focus.** Loquitur thirsus dicens. quod per contrarium in patria sua semper sunt ignis. et tede pingues. et postes domorum semper sunt nigri propter ignem assiduuz.

Et est fuligo nigra sordicies carnarij. Hic tantum borez id est propter  
ignem quem facimus non dubitamus Boream sicut nec lupus veretur  
numerum ouium quia bene comedit oues numeratas vel sicut flumina  
torrentia non verentur ripas quas transcendunt z superuenient. vel con-  
tra quos fluctuant

Lozygon

Stant z iuniperi z castanez hirsute

Strata iacent passim sua queq; sub arbore poma

Omnia nunc rident. at si formosus alexis

Montibus his abeat: videas z flumina sicca

Construe sic. z Juniperi. id est ille arbores. z Castanez hirsute. id est  
spinose stant. id est sunt in venetia z poma queq; sua iacent. id est sunt strate  
id est demissa sub arbore z omnia rident. id est sunt leta. At si alexis. id est ille  
iuuenis formosissimus abeat. id est recedat ab his montibus videas. id est  
videbis flumina sicca Stant z iuniperi. Hic cozydon iterum laudat  
Veneciam z redit ad illud quod iam dixit. Turgent in palmite gemme  
ibi etiam sunt Castanez hirsute. Juniperus est arbor turifera z dura dic-  
ta quasi gignens pir. id est ignem quia eius ligno optime nutritur ignis.

Castanea significat arbozem z fructum. sicut nux z ficus z dicitur casta-  
nea quasi caste nata per contrarium quia eius fructus nascitur in follicu-  
lo ad modum duoz testiculozum absconditorum. Et est notandum qd is-  
te versus est hexameter sine dactylo in quinto pede z vocalis non cedit vo-  
cali. nec fit collisio vocalium in fine de Juniperi cum illa coniunctione et  
nec in fine de castanez cum principio de hirsute z sic sunt ibi due boethe-  
ses sicut in doctrinali. O vtinam alme deus. zc. Strata iacent. id est  
in venetia abundant fructus pomozum strati sub arboribus Omnia  
nunc rident. id est ibi abundant herbe florentes At si formosus Hic re-  
torquet totam laudem predictam in cesarem qui est bonus rector imperij  
quasi diceret at si Alexis. id est cesar abeat ab illa patria ipsa manebit ste-  
rilis z inculca quia bonus pastor impinguat oues z flumina sicca. id est a-  
rida z est hyperbole ad ostendendum magnam sterilitatem patrie que no-  
habet bonum rectorem.

Thursis.

Aret ager. vicio moriens sitit aeris herba

Liber pampineas inuidit collibus vmbas

Phyllidis aduentu nostre nemus omne virebit

Juppiter z leto descendet plurimus hymbri

Construe. Ager. i. campus aret. i. desiccatur defectu aeris. z herba mo-  
riens vicio. id est defectu aeris corrupti sitit. i. affligitur z liber. i. bachus  
inuidit. i. propter inuidiam detrahit vmbas pampineas folia vitis a col-  
libus z omne nemus. i. omnia silua virebit. i. frondebit aduentu nre phyl-  
lidis z iuppiter. i. aer superior descendet plurimus. i. abundans hymbri. id est  
pluuia leto. i. dulci Aret ager. Hic Thursis sub alijs vbis laudat ce-  
sarem dicēs qd sine eius dominio tota patria est pestifera z aer corruptus et  
herba fit carens pluuia. z bachus non dat folia vitis sed si Phyllis veiat  
id est amica sua habeat gram cesaris. oia tibi bene succedent z virebit om-  
ne nemus z aer superior dimittet pluuiam

Lozydon.

F i

**Populus alcide: gratissima vitis iacho**  
**Formose myrtus veneri: sua laurea phebō**  
**Phyllis amat corylos illas dum phyllis amabit**  
**Nec myrtus vincet corylos: nec laurea phebī**

Construe sic. Populus. id ē illa arbor est gratissima alcide. id est hercu-  
 li z vitis est gratissima iacho. id ē bacho z myrtus. id ē illa arbor est gra-  
 tissima veneri. id ē illi deę z sua laurea. id ē ppria laurea ē gratissima phos-  
 bo. z phyllis. id ē amica mea amat corylos. id ē illas arbores. z dum phyl-  
 lis amabit illas corylos myrtus non vincet corylos z laurea phebī non  
 vincet corylos. Populus alcide. Hic corydon iterum laudat cesarem  
 dicens. q̄ hercules amat populum arbozem sibi consecratam z bachus a-  
 mat vitem z phebū laurum z venus amat myrtum. Sed phyllis p̄ quē  
 intelligitur cesar pulcher z delectabilis amat corylos arbores nuciferas.  
 id est mantuanos. z quādiu cesar amabit eos. nulla gens superabit eos  
 quod intelligitur in hoc quod dicitur. Nec myrtus vincet corylos nec lau-  
 rea phebī. Thursis

**Fraxinus in siluis: pulcherrima pinus in hortis**  
**Populus in fluuijs: abies in montibus altis**  
**Sepius at si melicida formose reuisas**  
**Fraxinus in siluis: cedit tibi pinus in hortis**

Construe. Fraxinus. id est illa arbor est pulcherrima in siluis. id ē ne-  
 moribus z pinus est pulcherrima in hortis. z populus id est illa arbor est  
 pulcherrima in fluuijs. z abies. id est sapinus est pulcherrima in monti-  
 bus altis. O lycida o puer meus formose si reuisas me. id est si venias ad  
 videndum me fraxinus cedit. id est dabit tibi locum in siluis z pinus ce-  
 det tibi in hortis. Fraxinus in siluis. Thursis iterum laudat cesarem  
 qui intelligitur per licidam. z dicit q̄ fraxinus naturaliter crescit in siluis  
 z ibi est pulcherrima. sed pinus est pulchrior in hortis z populus est pul-  
 cherrima iuxta fluuios. z abies est pulchrior in montibus altis. quelibet  
 enim res melius se habet in loco naturali. Sed si licidas dignetur re-  
 uisere vel visitare thursim. tunc ipse thursis faciet ipsum pulchriorem quā  
 sit fraxinus in siluis. vel pinus in hortis. id est laudabit eum super omnes  
 principes. sed ista laudatio non est liberalis quia est conditionalis. z mer-  
 cenaria scilicet si bene feceris laudabo te. z ideo corydon liberalius canta-  
 uit. id ē laudauit q̄ thursis Melibceus

**Nec memini: z victum frustra contendere thursim**  
**Ex illo corydon corydon est tempore nobis**

Construe. Ego memini hec carmina vestra z memini thursim esse vi-  
 ctum. z frustra contendere cum Corydōne. z ex illo tempore est nobis a-  
 micus id est ex illo tempore cepti amare Corydōnem propter victoriam.  
 Nec memini. Nunc loquitur melibceus qui erat electus iudeę. z quia pri-  
 us dixit. Alternos musę meminisse volebant. Ideo nunc dicit se meminisse  
 se carmina p̄dicta z recenser. Thursim. id est cornificium victum et Co-  
 rydōnem victorem. z ex illo tempore Corydōn fuit sibi amabilis

Pharaoceutria poeta. Interloquutores. Damon<sup>r</sup> z Al/  
phesibeus ad Polionem Egloga octaua Poeta

Alstorum musam damonis z alphesibei

Inmemor herbarum quos est mirata iuuenca

Certantes: quorum stupe facte carmine lynces

Et mutata suos requierunt flumina cursus

Damonis musam dicemus z alphesibei

Tu mihi seu magni superas iam saxa timauit

Siue oram illirici legis equoris: en erit vnquam

Ille dies: mihi cum liceat tua dicere facta

En erit vt liceat totum mihi ferre per orbem

Sola sophocleo tua carmina digna cothurno

Ante principium: tibi desinet accipe iussis

Carmina cepta tuis: atq; hanc sine tempora circum

Inter victrices hederam tibi serpere lauros

Frigida vix celo noctis decesserat vmbra

Lum ros in tenera pecori gratissimus herba est

Incumbens tereti damon sic cepit oliue

Construe. Pos dicemus. id e cantabimus musam. id e cantilenam pas-  
torum scz Damonis z Alphesibei quos certantes scz pastores iuuenca  
immemor herbarum. id e oblita herbarum. id e pastus mirata est. id e admi-  
rata e. z quo z scz pastorum carmine. id e cantilena. Lynces. id e illa aia/  
lia fuerunt stupefacte. z quo z carmine flumina mutata. id e aque sepe-  
re a loco requierunt. id e dimiserunt proprios cursus suos. z dicemus musam  
Damonis z Alphesibei z tu pollio seu tu superas id e vincis mihi. id e  
ad materiam mei carminis saxa. id e lapides. Timauit magni. id e illius  
fluuuii venetię siue tu legis. id e transis oram. id e regionem equoris illirici  
id e maris dalmatię En vnq; erit ille dies. id e nunquid veniet mihi tem-  
pus vt liceat. id e expediat mihi dicere. id e decantare tua facta. id e gesta  
tua. En erit. id e certe erit. id e veniet dies vt liceat mihi ferre. id e dicere p  
totum orbem. s. tua carmina sola. id e que sola sunt digna cothurno so-  
phocleo. id e stilo thragico. quo vsus e Sophocles. principium muse ineg  
erit a te Augusto. z musa desinet. id est finiet in te. Et tu accipe carmina  
cepta. id e incepta tuis iussis. z sine. id e permitte hanc herbam id e par-  
uam coronam meam circum tempora serpere. id est latenter ire inter lau-  
ros victrices. id e inter maximos triumphos. z vmbra frigida noctis vix  
decesserat a celo. cum. id e quando ros. id est pluuia est grauissimus peco-  
ri. id est gregi in herba tenera Damon incumbens oliue. id est baculo  
oleastri tereti. id est rotundo sic cepit loqui. Pastorum musam.  
Huic eglogę preponitur talis titulus. damonis z Alphesibei pastorum  
contentio. Unde in ista egloga primo pponit poeta. deinde prosequitur  
ibi. Pastore. Primo ergo proponit se dictur carmina Damonis z Alphesibei

F u

boei scilicet. Lornificii & Virgilij quam eglogam fecit Virgilius in lau-  
dem Pollionis de cuius puero dicit. Incipe parue puer dicit ergo Vir-  
gilius. Nos dicemus mulam damonis & Alpheiboei pastorum qui con-  
tendunt de suis amoribus vt dicitur post & est eorum carmen tam delecta-  
bile q̄ iuuenca. id est iuuenis vacca obliuiscitur pastum & lynces feroces  
bestie sunt stupefacte in dulcedine illius carminis. Et incipit constructio  
in illo verbo dicemus. Tu mihi. Hic Virgilius affectat videre diem  
in quo possit laudare pollionem & sperat illud fore statim quia vtitur ad-  
uerbio demonstratiuo scilicet en vel optandi quia vtramq; habet signifi-  
cationem & est timanus fluuius venetię & mare iliricum est mare dalm-  
tie vbi pollio habuit multas victorias. Et solo sophocleo Sopho-  
cles fuit vnus ex optimis poetis & alto loquis. Humiliter ergo dicit vir-  
gilius Quis sensus meus non sufficit dicere laudes pollionis magnas  
que sunt digne solo sophocleo. tamen pro posse meo dicam laudes tuas

A te principium. id est ista egloga facta est ex tuo precepto et finitur  
in laudibus tuis. Hanc sine tempora. Hic est Anastrophā & quia  
Pollio erat etiam poeta. Ideo cœlo. id est hora matutina. Damon ince-  
pit loqui vt sequitur. Et dicitur teres illud quod est longū & rotundum sicut  
lancea vel arbores Damon

Nascere (preq; diem) veniens age lucifer alium  
coniugis indigno nylē deceptus amore  
Dum queror & diuos. quanq; nil testibus illis  
Profici. extrema moriens tamen alloquor hora  
Incipe menalios mecum mea tibia versus  
Denalus argutumq; nemus pinosq; loquentes  
Semper habet semper pastorum ille audit amores  
Panaq; qui primus calamos non pessus inertes  
Incipe menalios mecum mea tibia versus  
Dopso nylsa datur: quid non speremus amantes?  
Iungentur iam gryphes equis. quosq; sequenti  
Lum canibus timidi venient ad pocula damme  
Dopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor  
Sparge marite nuces: tibi deserit hesperus oetam  
Incipe menalios mecum mea tibia versus  
Odigno coniuncta viro dum despicias omnes  
Dumq; tibi est odio mea phystula: dumq; capelle  
Hirsutumq; supercilium: proluxaq; barba  
Nec curare deum credis mortalia quenquam:  
Incipe menalios mecum mea tibia versus  
Sepibus in nostris parua in te rosida mala  
Dux ego vester eram: vidi cum matre legentem

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus  
 Jam fragiles poteram a terra contingere ramos  
 Ut vidi vt perij: vt me malus abstulit error  
 Incipe menalios mecum mea tibia versus  
 Hunc scio quid sit amor. duris in coribus illum  
 Iमारु. aut rhodope aut extremi garamantes  
 Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt  
 Incipe menalios mecum mea tibia versus  
 Senus amor docuit natozum sanguine matrem  
 Lōmaculare manus. crudelis tu quoq; mater  
 Crudelis mater magis: an puer improbus ille  
 Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater  
 Incipe menalios mecum mea tibia versus  
 Hunc z oues vltro fugiat lupus: aurea dure  
 Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus  
 Pinguia corticibus sudent electra mirice  
 Lertent z cygnis vlule: sit tityrus orpheus  
 Orpheus in siluis: inter delphinas arion  
 Incipe menalios mecum mea tibia versus  
 Omnia vel medium fiant mare: viuite silue  
 Preceps aerij specula de montis in vndas  
 Deferat extremum hoc munus morientis habeto  
 Desine menalios. iam desine tibia versus  
 Hec damon: vos que responderit alphesibeus  
 Dicite pierides non omnia possumus omnes

Construe. Lucifer. id ē stella praueniens. id ē ante veniens nascere et  
 age. id ē duc vel fac diem alnum. i. clarum duz ego damon deceptus amo  
 re indigno quasi nō sum dignus amore. nysē. i. illius puellę conjugis meę  
 queroz deos. i. lamentoz apud deos. q̄quā. id ē q̄uis. nil profeci. i. nulluz  
 fructum feci illis testibus. i. illis dijs scientibus. tamen ego moriens. i. sta  
 tum moriturus alloquor. id est duos conuenio in extrema hora. o mea ti  
 bia. i. mea phystula. incipe. i. canca. mecum versus menalios. id est versus  
 arcadicos. menalus. i. mons ille semper habet nemus. argutus. i. siluaz re  
 sonantem. z habet pinos. id est illas arbores. loquentes. id est sonum fact  
 entes. z ille scz menalus audit semper amozes pastozum. id ē carmina de  
 amoribus facta ipsozum pastozum. z ipse audit pana. id ē illum deum q̄  
 non est passus. primus. id est qui primus non permisit. calamos inertes. i.  
 phystulas sine arte Incipe menalios zc. et nysa. id est illa puella datur  
 in vxorem Dopsō. id est illi pastoz. quid non speremus amantes. id est  
 quid vel quod non debeamus sperare. quasi dicat omnia. z. griphes. id est



illa animalia iungentur. id est coniungentur. equis. id est cum equis. iam  
id est dainceps et suo. sequenti. i. etate sequenti damme timidi illa animalia  
timentia. venient. id est accedent cum canibus ad pocula. id est ad fluvium.  
o Dops. o tu deformis incide. id est incidas. nouas faces. id est tedas. Na  
vroz sez coniunx ducitur. id est datur tibi o marite. id est mopse. sparge id  
est infunde nuces hesperus. id est illa stella. deserit. id est dimittit. tibi oeta  
id est illum montem thessalie. Incipe menalios etc. o coniuncta. i. vroz vi  
ro. id est marito. digno. i. nobili. dum tu despicias. i. spernis omnes homi  
nes. et dum mea phystula est tibi Hysle odio. id est in odium habes et du ca  
pelle sunt tibi odio. et dum supercilium. hirsutum. id est dum grauitas pi  
losa est tibi odio. et dum barba proluxa. id est magna est tibi odio. tu non  
credis quem deum aliquem deorum curare mortalia. i. sollicitum esse de  
rebus humanis. Incipe menalios etc. et ego vidi te nysam puam. i. iuuenem  
legentem. id est colligentem cum matre tua mala. id est poma rosada. id  
est roze sparsa in nostris sepibus. id est clausuris nostris. et o Lapelle tunc  
ego eram vester dux. id est ducebam vos et alter annus. id est secundus ab vnde  
cimo anno. tum. id est tunc ceperat me. id est attigerat. et tunc ego poteram co  
tingere. id est attingere ramos fragiles. i. faciles a terra. i. stans in terra. vt  
vidi. i. mox vel postquam vidi vt perij. i. qualiter perij. et vt malus error. id est  
amor abstulit. i. arripuit me. Incipe menalios etc. Et nunc scio. i. cogno  
sco quid sit amor ismarus. i. ille mons et rhodope. id est alius mons et gara  
mantes extremi. i. illi populi longinqui generant amorem illum in cotibus  
duris. id est inter saxa aspera. et illi non edunt. i. non pariunt illum puerum.  
id est amorem nostri generis vel sanguinis idem amor ipse non est natus  
ex hominibus mansuetis. Incipe menalios etc. Et amor seuus crudelis do  
cuit matrem. i. medeam maculare manus sanguine natozum. i. puerorum  
et tu mater id est medea es crudelis. an. i. vtz. mater. i. medea sit magis cru  
delis an puer. i. amor. improbus. i. crudelis fuerit magis. dico quod ille puer. i.  
amor fuit improbus. et tu mater. i. medea es crudelis. Incipe menalios etc.  
Hunc lupus. i. illud animal fugiat vltro. i. sponte. oues. i. agnos. et quercus. i.  
ille arbores. dure. i. rigide. ferant. id est producant. mala. i. poma aurea. i. ma  
tura. et alnus. i. illa arbor. floreat varcisso. i. producat illum florem. et mi  
rice. id est ille arbores. sudant. id est emittant. electra pingua. id est gemmas  
cygnis. id est cum illis animalibus. et tyrysus. id est ille pastor. sit orpheus. i.  
bonus musicus sicut fuit orpheus sit inquam orpheus in siluis. et sit arion id  
est ille alius cytharedus inter delphinis. id est inter illos pisces. Incipe  
menalios etc. Et omnia fiat. id est efficiatur mare medium. et o silue viuite  
id est valetate quia nolo plus habitare siluas. et ego pceptus deferat. id est deoz  
sum ferat. de specula. i. de altissimo montis aeris id est montis altissimi. in vn  
das. i. in aquas. et o tu Hysla habeto. id est accipe. hoc munus. id est donum.  
extremum id est vltimum mei damonis morientis. et o mea tibia define.  
id est cessa cantare versus menalios. id est archadicos. et damon dicit hec car  
mina. et o pierides dicite. i. canite carmina que alpheibocus. i. ille pastor  
respondit. id est cantauerit. et nos omnes non possumus cantare omnia car  
mina. Nascere proque diez. Hic prosequitur quod promiserat sez damonis  
mufam a introducitur damon faciens coquestionem ad deos sup impieta

te suę coniugis quę ipsum dimisit et alium desponsauit et nomē illi *Hysa* fuit. Dum quorū prima syllaba de quorū est breuis et est deponens. sed quando est passiuum producit primam syllabam. Dicit ergo quēris ego conqueſtus sum ad deos de deceptione meę coniugis et nihil mihi profuit. tamē tanquā desparatus dicam verba vltima. dicit ergo coniugis non quā habebat sed quā habere sperabat. Nil profeci. Hic loquitur secundum epicureos quę non sperant per hanc vitam premium nec supplicium. Juxta illud. Nec bene pro merito capitur nec tangitur ita. Extrema hora. sicut in quarto enchiridos. Incubuitque thoro dicitque nouissima verba moriens id est statim moriturus. Incipe menalios. Hic est fictio nouę personę et loquitur ad rem irrationabilem per prosopęam figuram scilicet ad phystulaz quā vocat tibiam quę est instrumentū longū ad modū tibię. Dicit ergo ad suum magistrum musicum. Incipe mecum dicere carmina menalia. id est optima. quia menalus est mons vbi fuerunt optimi poetę qui locuti sunt de amoribus pastorum. et dicitur iste versus intercalaris sicut sunt aliqui dies in kalendario qui sepe resumuntur. sicut est dies bisextilis. *Mopso* *nyſa* datur. Hic incipit carmen miserabile et dolorosum quia *nyſa* vxor sua datur alteri marito. scilicet *mopso*. Quid non speremus amātes: quę amatores sperant oīa fieri possibilis immo etiā sperant illa quę sunt contra naturā est enim contra naturā quę illa speciosa *nyſa* detur illi rustico scilicet *mopso* sicut et contra naturam ē quę gryphes et equi diligant se inuicem et quę dammę timidi canum ibant simul cum canibus. Est autē gryphes volatilis habens corpus sicut leo et caput et pedes aquilę. et naturaliter odit equos. *Damma* ē dubij generis et ē animal cornutum timens canes gryphes habet vltimam breuem sicut nomina gręca. *Mopse* nouas. quę antiquitus vxores nocte ducebantur ad maritos cum facibus. *Spargere marite*. quę consuetudo erat spargere nuces quando sponsus erat cum sponsa. vt pueri vacantes raptum nucum cum magno strepitu cassando et colligendo illas nuces impedirent audiri colloquium sponsi cum sponsa. et est *Oera* mons altus in thracia vel in theſſalia vbi videtur stelle occidi sicut in ida videntur oriri. et ē *vesperus* stella prima noctis. Juxta illud *Vesperus* ē stella etc. Incipe menalios etc. Iterum resumit versum intercalarem. *O digno coniuncta viro*. Hunc insultat et obiurgat illi *Hysę* quę dimisit omnes alios maritos pro illo rustico. *Mopso*. et est sarcasmus hostilis derisio. quasi diceret Tu es miserima quę diligis illum rusticum et dimittis me et meam phystulam qui habeo supercilia aspera et pilosa et barbā longam. quia sunt signa fortis viri et robusti. Juxta illud Est homo pilosus fortis vel luxuriosus. Nec curare deum. id est non putat deos habere curam de rebus inferioribus. Et loquitur secundum stoicos qui dixerunt quę deus circa cardines cęli perambulat. et nostra non considerat dicentes quod non est cura deo de bobus et asinis. Itaque *Hysa* credit quę dii eam non puniant. *Sepibus* in nostris. Hic daemon aggrauat suum dolorem et increpat cupidinem deū amoris qui necdum fecit hoc malum matrimonium immo multa alia. loquitur ergo ad *Hysam* dicens quę ipse a puericia eam cognouit ab illo tempore quādo cum matre sua colligebat poma rosca id est humida sicut res et viridia quia pueri talia amant. *Dux ego vester*. Loquitur ad capras suas quarū iam erat pastor. vel loquitur ad *Hysam* vel matrem suam. quas ad poma

ducebat. Alter ab undecimo. id est tunc erat annorum tridecim. quia duodecim non est alter ab undecimo. immo est primus et tunc incipit puertitas et tunc etiam Damon incipit amare et iam erat magnus. quia iam attingebat ad ramos arboris et est parenthesis (dux ego) quia una clausula commiscetur cum alia. Et vidi ut perij. Notandum est quod istud aduerbium ut aliquando est temporis. et aliquando est similitudinis. ut vidi id est mox vel postquam vidi. ut perij. id est qualiter perij. ut me malus. id est qualiter amor fecit me errare. et est boethesis. sed nec cedit vocalis vocali illius verbi perij. Nunc scio quid sit amor. Hic definit amorem describens eius naturam quia nunquam fuit natus ex hominibus mansuetis sed fuit natus ex montibus asprimis. sicut sunt ismarus et rhodope. vel ex hominibus siluestribus seclusis ab humana conuersatione. sicut sunt garamantes populi extranei finibus affricę. Seuius amor docuit. Narrat mala que fecit amor. quia medea videns se contempnam a Iasone inter fecit pueros suos. Crudelis tu quoque. Incepit etiam ipsam medeę ut non videatur proflus excusari ne sit tota culpa libidinis. homo etiam qui est animal rationale debet habere rationem dominantem super insultum amoris. verumtamen puer scilicet cupido fuit crudelis incitando. et mater fuit crudelis etiam obediendo. Nunc et oues. Hic tanquam desperatus optat perverti totum ordinem nature. quia postquam Nysa quam ipse cognouit a puerticia auertitur ab eo. optat ut lupus timeat oues quercus ferat poma rubea et alnus ferat narcissum florem optimum et geneste ferat electę gummi preciosum. Lertent et cygnis vlulę. id est hup upe que sunt aues turpes cantent sicut cygni. et tityrus pastor videatur in siluis cantare sicut orpheus optimus lyrista. et videatur in mari inter delphinis optimus cytharista. sicut fuit Arion. qui cum fuisset deprehensus a pyratis rogauit eos ut diceret vnum carmen in cythara. et statim congregati sunt delphines circa nauem ad audiendum sonum. ipse autem salit super vnum delphinem. et sic euasit a pyratis. et est delphinis accūs grecus et corripit as. Omnia vel medium. Hic tanquam desperas optat quod non sunt amplius aliquę herbe immo omnia sunt in medium id est sint in mare. sicut dicit Ouidius in primo metamorphoseos. Omnia pontus erat. Mare igitur dicitur medium. quia tenet plus quam medium mundi. Viuite siluę. viuo verbum est cum desperatione recedētis sit ac si diceret valete viuite et ad deus sitis. Preceps aeris. Hic optat precipitari in mari de cacumine alicuius montis. et sic mori. et vult quod nysa habeat istud carmen pro munere ab ipso moriente. Desine menalios. id est non vult amplius cantare post mortem. Hęc Damon. Hic loquitur poeta dicens. quod Damon dicit que dicta sunt. sed illa que dicenda sunt non sunt verba humana sed potius diuina. ideo requirunt deas carminum. quasi dicat. omnia predicta sunt vtriusque dicta sed ad sequentia necesse est inuocare diuinum auxilium ubi homines non sufficiunt per se ipsos. quia non omnia possumus omnes.

Alphesibœus

**Effer aquam. et molli cinge hęc altaria vitta  
Verbenasque adole pingues et mascula thura  
Loniugis ut magicis sanos auertere sacris  
Experiar sensus. nihil hic nisi carmina desunt**

Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnim

Carmina vel celo possunt deducere lunam

Carminibus circę socios mutauit vlixis

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis

Ducite ab vrbe domū. zc.

Terna tibi hęc primum triplici diuersa colore

Licia circundo. terq; hęc altaria circum

Effigiem duco: numero deus impare gaudet

Ducite ab vrbe. zc.

Hecte tribus nodis ternos amarilli colores

Hecte amarilli modo. z veneris dic vincula necto

Ducite ab vrbe. zc.

Limus vt hic durefcit. z hęc vt cera liquefcit

Uno eodemq; igni sic nostro daphnis amore

Spargemolam. z fragilis incende bitumine lauros

Daphnis me malus vrit. ego hanc in daphnide laurum

Ducite ab vrbe. zc.

Talis amor daphnim qualis cumi fessa iuuenctum

Per nemoza atq; altos querendo buccula lucos

Propter aque riuum viridi procumbit in herba

Verdita nec serę meminit decedere nocti

Talis amor teneat. nec sit mihi cura mederi

Ducite ab vrbe. zc.

Has olim exuius mihi perfidus ille reliquit

Pignora chara sui. que nunc ego limine in ipso

Terra tibi mando. debent hęc pignora daphnim

Ducite ab vrbe. zc.

Has herbas atq; hęc ponto mihi lecta venena

Ipsededit meris. nascuntur plurima ponto

Bis ego sepe lupum fieri z se condere siluis

Merym sepe animas imis exire sepulchris

Atq; satas alio vidi traducere messes

Ducite ab vrbe. zc.

Fer cineres amarylli foras riuoq; fluenti

Transq; caput iace: ne respexeris bis ego daphnim

Aggrediar nihil ille deos nil carmina curat

Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnim

Si

Aspice corripuit tremulis altaria flammis  
Sponte sua (dum fere moroz) cinis ipse bonum sit  
Nescio quid certe est z hylas in limine latrat  
Credimus: an qui amant ipsi sibi somnia fingunt  
Parcite ab vrbe venite: iam parcite carmina: daphnis.

Construc Effet. id est deferas aquam z cinge. id est circunda hec altaria  
vitra. id est fascia molli. id est tenui z adole. id est incende verbenas. id est her/  
bas illas pingues. id est crassas z adole thura mascula. id est fortia vt ego ex/  
periar auertere. id est peruertere sensus sanos. id est non amates coniugis mei  
sacris magicis. id est arte magica z nihil deest in isto loco nisi carmina. id est  
incantationes defunt. id est deficiunt. O mea carmina ducite. Daphnis  
id est meum maritum ab vrbe. id est a ciuitate domum. id est ad domum rus/  
ticam z carmina. id est incantationes possunt deducere. id est deorsum duce/  
re lunam ex coelo. id est de coelo z circe. id est illa mulier mutauit carminibus  
id est incantationibus socios vlixis. id est illius nobilis z anguis. id est ser/  
pens frigidus. id est noxius in pratis. id est per prata rumpitur. id est amittit  
viam suam cantando. id est dum incantatur Ducite ab vrbe. zc. Daph/  
ni. Ego circundo. id est cingo tibi terna licia. id est tria fila hec diuersa colore  
triplici primum. id est in primis z ego duco. id est traho effigiem. id est imagi/  
nem coniugis ter. id est triplicem circa hec altaria deus gaudet numero im/  
pari Ducite ab vrbe. zc. O amarilli nocte. id est liga ternos colores. id  
est illos triplices colores tribus nodis z O amarilli nocte. id est colliga mo/  
do. id est nunc illos colores z dic ego necto vincula veneris. id est deq amo/  
ris. Ducite ab vrbe. zc. et vt. id est sicut limus. id est terra durefcit. id  
est fit dura. et vt. id est sicut hec cera liquefcit. id est fit liquida vno z eodem  
igni. id est per ipsum solem sic. id est eodem modo. Daphnis durefcit z li/  
quefcit amore nostro. O amarilli sparge. id est infunde molam. id est far/  
z salem z incende. id est combure lauros fragiles bitumine. id est diuino  
igni. z Daphnis malus. id est amor anxius vrit me. z ego combura hanc  
laurum. id est arborem in Daphnide. id est propter amorem daphnidis  
Ducite ab vrbe. zc. Talis amor teneat daphnim qualis amor fuit cum  
buccula. id est parua iuuenca procubuit. id est quicuis in herba viridi perdi/  
ta scilicet buccula propter amorem prope. id est iuxta riuum aque queren/  
do iuuenam suam per nemora z per lucos altos. id est siluas magnas et  
ipsa bucca non meminit decedere. id est recedere nocti serq. id est tarde z ta/  
lis amor teneat Daphnim nec curra. id est sollicitudo mcederi. id est dan/  
di medicinam sit mihi Ducite ab vrbe. zc. Ille scilicet Daphnis per/  
fidus. id est malus reliquit mihi has exuias. id est vestes tanq pignora. id est  
munera chara sui. que scilicet pignora o terra ego mando tibi in ipso limi/  
ne. id est in introitu domus z ipsa pignora debent Daphnim ipsum redu/  
cere ad vrbe Ducite ab vrbe. zc. Ipsa moeris. id est ille magicus homo  
dedit mihi has herbas z dedit hec venena mihi lecta. id est collecta potho  
id est in illa insula z ego vidi moerim. id est illum magicum sepe fieri. id est  
mutari in lupum his id est herbis et vidi se condere. id est abscondere. in  
siluis et vidi animas exire. id est extra ire. sepulchris imis. id est profundis

et vbi ipsum traducere. id est transmutare alio. id est ad alium agitur inefficis  
 id est blada satas. id est seminat. **Ducite ab vrbe. rē.** **O** amarylli fer  
 id est porta cineres foras et iace. id est projice illas trans caput. id est retro ca  
 put riuo fluenti. id est in aquam currentem et caue ne respexeris retro te  
**Et ego aggrediar. i. adoziar** Daphnim his artibus magicis. et ille daph  
 nis nil curat deos et nil curat carmina. id est incantationem **Ducite ab**  
**vrbe. rē.** **O** amarylli respice ipse cinis corripuit. id est rapuit altaria sua  
 sponte flammis tremulis. id est cum flammis tremulentibus dum moroz. id  
 est tardo ferre ad est portare et vtinam hoc sit bonum. certe nescio quid hoc  
 est et Hylas. id est ille canis latrat. id est clamat in limine. id est in illo loco cre  
 dimus. id est ita iudicamus an. id est vtrum qui amant fingunt. id est cogitant  
 somnia sibi et o carmina mea parcite quia nolo amplius cantare quia iam  
 Daphnis venit ab vrbe **Affer aquam** Loquitur Alpheiboeus in p/  
 sona vxoris Tullij vel Daphnidis loquentis ad ancillam suam amaryl  
 lidem vt afferat sibi aquam et alia que requiruntur ad fascinum construendum  
 pro marito suo qui repudiat eam et vult facere incantationes et car  
 mina ad mouendum et mutandum animu mariti sui vt conuertatur ad eam et  
 precipit ancille sue afferre aquam et circumdare altaria de vitca. id est fascina  
 vel benda et debet vitca scribi per duplicem et **Herbenasqz** **Herbena** a  
 verberando dicta est quia est congrua in sacrificijs amoris quia est genera  
 tina lactis et respicit mamillas et inde potest dici verberina quia confortat  
 verbera. vel verbera quasi veruena. quia viridis sicut herbe castę dicunt a  
 virtute virides quia virtus non senescit. **Antique** vero glose habent verbe  
 nas. id est herbas illas vel folia oliue **Adole.** id est incende vel inflamma  
 mascula thura. id est fortia que sunt ad modum testiculorum. **Coniugis** vt  
 magicis. id est da mihi predicta vt possim puertere sensus sanos coniugis mei  
**Sanos.** id est non amantes quia per contrarium amantes dicuntur insani et  
 non amatores sunt sani sicut erant Daphnis et Tullius ad vxores su  
 as repudiatas **Nihil** hic nisi. id est non dubito quin reuocem ad amore  
 meum Daphnim si fiant incantationes vel carmina **Ducite ab vrbe**  
 id est scio que carmina compellent Daphnim redire a ciuitate ad domum rusti  
 cam et pastoralem plus vxorem suam **Larmina** vel coelo. Facit argu  
 mentum ad pbandum a fortiori que carmina pnt mutare mentes hoim quia  
 carmina possunt facere que luna descendat de coelo. quia sortilegi dicunt que qua  
 do luna est in defectu ipsa non est apertius in coelo sed descendit ad terra per  
 incantationes mulierum. Luna enim habet potestatem in coelo super terra  
 et in inferis. Et ideo dicitur in eneyde tria virginis ora dyane Et dicitur luna quasi  
 lucentium vna **Larmibus** circę. Hic facit aliud argumentum quia  
 circę filia solis mutauit socios Ulixis in bestias per suas incantationes  
 et per sua carmina **Frigidus** in pratis. Larmuna nedum mutant sensu  
 sum hominis. Immo faciunt serpentes venire ad incantatorem. ita etiam  
 faciam amato rem meum venire ad me **Terna** tibi. Hic incipit face  
 re fascinum circumdando altare triplici litio. Et dicitur litium quasi liga  
 tium per quod ligantur stamina textorum intruncata ideo conuenienter  
 vtitur litio ad incantandum amatores et ad intruncandum eos. **Et**  
 erant ter tria litia tribus coloribus. scilicet tria rosea et tria alba et tria  
 nigra. Et sic erant nouem. sicut in principio missę moules dicitur. **Ryri**

S u

eleyson. rē. diabolus em̄ vult suum sacrificium fieri sicut diuinum.  
Effigiem duco quia incantatrices ⁊ malefici faciebant duas imagines v  
nam de luto ⁊ aliam de cera quas imagines ducebant ter circa altare  
Numero deus Assignat causam quare dicit ter quia deus gaudet nume  
ro ternario vel impare cuiusmodi est ternarius qui ē diuinus numerus et  
pfectus habet em̄ principium mediū ⁊ finem sed poetę hoc echate vel luf  
na q̄ habet tres potestates vt dictū ē ascribūt ppter pfectionē dicti nūeri  
ternarij. Nec te tribus. Loquitur itez vxor Tullij ad ancillam suam  
dicens. facias in quolibet colore p̄dicto tres nodos. ⁊ sic erunt tres nodi. ⁊  
dicas. Ego necto vincula amoris. ⁊ est modus incantandi forrilegarum.  
Linus vt hic Ponit aliud mysterium sacrificiorum paganorum Prius  
tm̄ dictum est q̄ fiebant duę imagines vna de luto alia de cera nunc facit  
oroem̄ dep̄cando q̄ sicut vnus ⁊ idem sol dure facit lutum ⁊ liquefacit ce  
ram ita vnus ⁊ idem amor reddat cor istius amatoris molle ⁊ tenerum ⁊  
postq̄ conuersum fuerit cor amatoris in amorem meum possit confirma  
ri ⁊ solidari sicut lutum solidatur a sole Sparge molem. Tangit a  
liud mysterium quod fiebat a maleficijs antiquoz quia fiebat quoddam  
pulmentum ex sale ⁊ farina quod dicebatur mola salsa quę aspergebatur  
super sacrificium ⁊ ignem holocausti ignis aut̄ ille fiebat ex lauro quę est  
arbor viridis sicut amor ⁊ cum sulphure quod est vehementer ardēs ⁊ flā  
mabile. Et intelligitur p̄ bitumen quod generatur ex fulmine circa ba  
bylonem vbi cadunt multa fulmina ⁊ est quędam terra tenax ad signifi  
candum tenacitatem amoris Daphnis me malus. Verba sunt ipsi  
us qui faciebat maleficium. id est sicut ego vxor amore daphnidis ita ego  
ppter eum vram istam laurum Talis amor Loquitur opratiue. id ē  
vtinam daphnis habeat talem amorē sicut buccula. id ē parua vacca vel  
suenca que est felse querendo tauz p̄ nemora ⁊ lassā procūbit in riuo fri  
gido ⁊ ibi remanet tota nocte Sic contingat daphnidi amare me arden  
ter ⁊ ego nolim sibi dare remedium p̄ artem magicam nec me sibi iungē  
do quia istis duobus modis refrigeratur amor Has olim exuuias  
Dicit q̄ daphnis sibi dimisit quędam vestimenta sua in pignus sui amo  
ris. quę ipsa vult nunc sepelire in introitu domus qui est locus sacer ⁊ di  
catus vestę scz deę ignis Et dicit quod ista vestimenta debent sibi daphni  
dem reddere in virtute artis magicę ⁊ facit prolopopoyam loquendo ad  
rem irrationabilem cum dicit. Terra tibi mando Has herbas Poit  
fiduciam in suo opere quia herbe sunt collectę in pontho insula vbi sunt  
optima venena Ipse dedit mceris. id est ille qui fuit optimus magicus  
docuit illam His ego Confirmat p̄ experientiam q̄ ars sua est efficax  
cum ipsa iam mutauit homines in lupos ipsa etiaz vidit q̄ mceris pastor  
magicus reuocabat animas a sepulchris ⁊ resuscitabat mortuos ⁊ trans  
ferabat segetes vnius agri in alium agrum Fer cineres. Postquam  
laurus et imagines predictę sunt redactę in cinerem illa domina precepit  
ancillę suę afferre cineres et projicere eos retro caput suum in riuum flu  
entem et non respiciat retro. Ad designandum quod malicia daphni  
dis sit deleta et nunquam redeat amplius in suum errorem nec ampli  
us dimittat vxorem suam vel iubet q̄ non respiciat retro nec videat de  
os qui sunt in sacrificio. Dij enim ab hominibus nolunt videri nisi mi

faculose et supernaturaliter **N**ihil ille deos. id est Daphnis dicit deos  
 non curare de istis inferioribus sicut opinantur stoici. nec credit quod carmi-  
 na possint immutare mentes hominum. sed ego probabo sibi contrarium  
 et ipsum reducam ad me **A**spice corripuit. Loquitur ancilla ad domi-  
 nam dicens. Vide quomodo ille cinis sponte sua sine igne inflammat al-  
 taria quod diu ego retardo ipsum proicere retro me. sicut iussisti nescio quid  
 significat. quia Hylas catulus noster fortiter clamat in limine ubi sunt  
 abscondita vestimenta in terra quando dictum est Terra tibi mando  
**C**redimus. Iste textus reperitur varius quia quidam habent En qui a-  
 mant. et alij habent An qui amant. Et videtur esse melius capiendo. An  
 disiunctiue pro vel. et est trocheus in secundo pede hexametri. nam en qui  
 et prima de amant faciunt trocheum faciendo synaliphnam non obstan-  
 te doctrinalis regula. Sedes nulla datur. et quia iste liber factus est mul-  
 to ante alexandrum qui locutus est finem vsu metricandi modernum. et  
 vult ibi dicere ancilla vel poeta sub eius persona quod nescit quid est de illis  
 magicis et de visionibus que illic sunt. sed credit quod ipsi amatores estimant  
 somniant tales visiones fantasticas in quo notat quod Virgilius purgat se  
 a talibus magicis incantationibus **P**arcite ab vrbe. id est nolo am-  
 plius carminare. quia iam certa sum quod daphnis venit ab vrbe ad me.

**Interloquutores Lycidas et Dæris amici Eglo-  
 ga nona. Ly.**

**Note meri pedes. an quo via ducit: in vrbem**

